ergo suauitatem securitatis sentiunt: prius pacis quiete nutriunt post cognitam vero dulcedinē tanto iam tolerabilius temptationū certamīa sustinēt quanto in deo alcius cognouerunt qđ ament. Unde petrus cū in montē ducitur prius tranquillitatē trāsfigurationis dñice cōtemplat̄ et tūc demū temptari ancilla interrogante permittitur vt p temptatōem factus ex infirmitate sibi cōscius ad illud flendo et amādo recureret qđ vidisset vt cum eū timoris vnda in peccati pelagus raperet esset prioris dulcedinis anchora que retineret. Sepe aūt tam diuturna sunt temptationū certamina q̄ longa inchoatōne fuerāt blandimēta. Sepe vero magis datur inchoatione dulcedinis minus labore probatōis nūq̄ vero labore temptatōis dispar sequit̄ perfectio firmitatis. qz iuxta summā certamīs remunerat̄ quisq̄ plenitudine perfectōnis. Plerūq̄ autem in eo quisq̄ deuersus labitur dū quibusdaz domis gracie dulcedine inchoationis excipitur firmationē se accipisse perfectionis arbitratur et plenitudinē cōsumatōnis estimat que adhuc blādimēta esse inchoationis ignorat vnde fit vt dum subito temptatōis procella tangitur despectum se a deo et pditum suspicetur q̄ si inchoatiōem sue nō passioni cedēt adhuc in prosperis positus mentē ad aduersa preparet et victis vementib⁹ postmodū tam firmus resisteret q̄ ea etiā sagacius preuidisset que quidez tranquillus si preuidet tolerat eorū tamen certamina etiam si preuideat nō declinet quia vsus nostri itineris nequaq̄ agitur sine puluere temptatōis. Plerūq̄ autem deuersus quisq̄ talibus tēptatōnū stimulis agitatur qualiter ante deuersionis gratiā nūquam pulsatum se esse remiscit̄ non quia tūc eadem radix temptatōis derat sed qz nō appebat. Hūanus quippe aīmus multis cogitatiōib⁹ occupatus sepe sibimet aliquo mō manet incognitus. vt omnino qđ tolerat nesciat. qz dum p multa spergitur ab interna sui cognitione remouet̄. Si autem deo vacare apperat et ramos multimode cogitationis abscidat tūc libere despicit quid de intima carnis radice procedit. Cardus namq̄ in via nascit̄ itinerantiū pedibus teritur ipsovsu trāseuntiū eius superficies ne appeat cōfringitur sed q̄ uis desup fructificātes spine nō appeant sub terra tamē radix occulta pdurat. Si autē eum ptranseuntiū pedes terere et calcare cessauerint mox in superficiē surgendo prozedit̄ et p spinam prodit in publicum quicquid in radice videbat̄ occultū Ita in cozde secularium sepe occulta quedaz temptatōnū radix nō facile apparz exurgere qz velut via actionū fic transeuntiū teritur pede cogitationum et p in numeras curas quasi multis itinerantiū primitur pedibus ne videat̄. Si aūt p cōuersionis gratiam a via cozdis curarum turba ēmouetur vt nulla illud insolentia occasionū cōterat nullus cogitationū tumultus premat tūc quod occultum latebat agnoscitur tūc radicem vitiū pungit libere spina temptationum contra quē beneviuentis manu agitur vt inquantū potest fieri nō tegatur occulta sz radicitus euellat̄. Qđ dū nec fiat mūscuiusq̄ cōuersi animū ita hec spina conturbat. vt sepe pcussione subita pene supari sentiat eiusq̄ vulnus medullitus inflictū exciabiliter primescat plerūq̄ vero ipsi temptationū stimuli dum in vsum vemunt dilatātur et non quidem acriozes sed longiores existunt. minus aūt dolent sed magis sibi inficiūt quia dū mēti diucius

adhærent tanto fiũt minus pauidi quã tomagis assueti. Inter hæc ergo dẽpre hensa mens huc illucq; distenditur ꝛ sepe hinc inde prouocata cui temptan tj vicio obuiet vel qõ pmittẽtia ignoret Unde plerũq; euenit vt dum mimis in surgentia vicia cruciãt cũ repugnãtis animũ iam iamq; quasi in lapsum dẽ spationis inclinant. Cõuersus quisq; hanc ipsam sublimitatis viam quam sibi ad remediũ elegit expauescat ꝛ q̃ si in summo educt? titubat qui in imo solidus stabat. ita vero circũfrementi bus temptationũ motibus angustat. vt recte de eo dici debeat ablominabi lis ꝛ invita sua pauis ꝛ aime eius ci bus desiderabilis ℟ Sed qz mi sericors deus probari nos pmittit tẽp tationibus nõ reprobari sicut scriptum est. Fidelis aũt deus qui nõ patit vos temptari supra id qõ potestis sed faci et cũ temptatione etiã puentũ vt possi tis sustinere citius psolatõis opus oc currat ꝛ surgentes temptationũ stimu los mitigat impugnanteq; se cogita tionũ motus interna pace trãquillat. moxq; iam immensa de spe celesti leti ciã pcipit. dum devictũ malũ respicit qõ toleravit vt iure de hoc temptato li berato q; homĩe dici debeat videbit fa ciẽ eius in iubilo ꝛ liberabit aiam suã vt pgeret in interitũ. sed viuẽs lucem videret. his itaq; duabus vicibꝫ idest psuasionis ꝛ probatõis pmeroẽ leti ciamq; transactis supest tercia cuius meroẽ adhuc sustineat ꝛ gaudia cõse quant. post psuasionis nãq; certamia post probatõnis erumnã restat adhuc dura temptatio qz venire nõ potest ad pfecta gaudia libertatis nisi prius de bitũ soluerit hũane pdicionis. Cõuer sus aũt quisq; sibi cautus sollicitusq; tacite secũ cõsiderare nõ cessat eterni iudex q; districtus aduenat suũq; ter minũ prospicit ꝛ ante severitatẽ tan te iusticie quas rões vite sue sit posi turus attendit ꝛ si cuncta prava opa q̃ intelligere potuit devitauit vẽturus tñ cozã districto iudice illa magis que in seipso nõ intelligit ptimescit. Quis em̃ cõsiderare valeat q̃nta mala pmo mẽta tpm ipsis incõstantibus cogita tionũ motibus pperrauim? ℒ Fa cile est aũt opa puersa vitare sz nimis difficile est ab illara cogitatiõe cozer gere ꝛ tñ scriptũ est Ve qui cogitatis in utile. Et rursum. in die illa iudicabit dominus occulta hoim humana autẽ aĩma semel eternitatis statũ deserens ad fluxũ tpalitatis delapsa hãc muta bilitatẽ alternãtiũ motuũ nõnũq; dũ cadere volens apperit ꝛ dum conat sur gere cogit multa tolerare. inde quippe puita ẽ vñ delectata ẽ. q̃ puersa habe ret laborẽ certamis vnde nõ cõuersa appetit gaudiũ voluptatis. Sepe ergo electis etiã nolentibꝫ in cogitatõe sur ripit qõ ipsi sollicite inspiciũt ꝛ ante dei oculos quanti sint reatus attendũt et cum de omĩbus semp districta iudi cia prumescãt tũc tamen hec hmẽter metuũt cũ ad soluendũ humane cõdi tionis debitũ vementes districto iudi cio propinquare se cernunt ꝛ fit tanto minus acrioz quanto ꝛ tribulatio eter na vicinioz. Ante oculos aũt cozdis mi hil tũc trãsvolat de fantasmate cogita tionis. qz subductis de medio ommbꝫ se ꝛ illũ tantũmodo considerat cui ap propinquat. Crescit pauoz vicina re tributõe iusticie ꝛ vrgente solutõe car mis. quãtomagis districtũ iudiciũ iaz quẽ quasi tangit tanto fozmidat vehe menti? ℒ Mandata dei se nũq; pretermisse meminerũt. fozmidanter tñ illa que nesciũt quia videlicz semet ipsos vndicare ꝛ cõpzehendere oĩno nõ possunt atq; vrgẽte extu subtiliozi

terrenꝝ metu. vnde redemptor noster solutōi carnis appropinquās ꝙ ad mē bzorū suorū spēm factus in agone cepit prolixius orare. Quid em̄ pro se ille cū agonia pteret qui in terra positus celestia cū potestate tribuebat sed appropinquāte morte nostre mētis in se certamē expressit q̄ vim quandā terroris ac formidinis patim̄ cū p solutōez carnis eterno iudici ꝓpīquamus neqꝫ em̄ tūc cuiuslibet aīma immerito terretur qñ̄ post pusillum hoc inuenit qō in eternū maturare nō pōt Cōsiderem? quippe q̄ viā pñtis vite nequaqꝫ sine culpa transire potuimus. Considere/mus etiam quia nec hoc quidē sine aliquo reatu nostro est qō laudabiliter gessimus si remota pietate iudicemur Quis em̄ nostrū vitā precedentiū patrū valeat vel superare vel assequi. Et tamen dauid ait nō intres in iudicū cuz seruo tuo: quia nō iustificabit in cōspectu tuo omis viuēs. Nihil mihi conscius suz addidit. Sed nō in hoc iustificatus sum Jacob dicit. in multis em̄ offēdimus oēs Johānes si dixerim? q̄ peccatū nō habemus ipsi nos seducimus ꝙ veritas in nobis nō est. Quid ḡ faciūt tabule si extremiscūt columne aut qñ̄ virgulta īmobilia stabunt si huius pauoris trepiditudine etiam cedri q̄ tiant. Solutōi ergo carnis appropinquās nōnūqꝫ terroze vindicte etiā iusta aīma turbat cui ꝙ si quid trāquillū in hac vita sape potuit mortis articulo interueniente ꝓcutit. Sed q̄ iusto rū anime a leuibus quibuscūqꝫ cōtagiis ipso sepe mortis pauore purgant ꝙ eterne retributōis gaudia iam ab ipa carnis solutōe ꝓcipiūt. Plerūqꝫ vero ꝓtemplatōe quadā retributiōis interne etiā prius q̄ carne expolient hylarescūt ꝙ quia dum vetustatis debitū solūt noui muneris leticia pfruūt recte dicit videbit faciem eius in iubilo vel certe liberabit aīaz suam ne pgat in interitū. sed viuens luce videat. iusti tamq̄ anima in iubilo faciem dei cōspicit q̄ tantū ō leticia interna pspicit vel pcipit quantū capere vel assumpta vix potest. ibi igit̄ luce videōs videt q̄ spiritus lem oculū in radio interni solis figit. ibi lucē ꝙ viuens videt omni īmutabilitate atqꝫ vicissitudine ꝙ obumbratōe calcata veritati eternitatis inhere atqꝫ inhrendo ei quē cernit ad similitudinē incōmutabilitatis assurgit atqꝫ ad semetipsam auctoris sui incōuertibilem spēm dum alias respicit assumit. que em̄ ad mobilitatē p seipam lapsa est ad immutabilitatis statum surgit. Igitur hoīm de afflicto quolibet liberatoqꝫ homine q̄ primū meroris ꝙ amaritudinē ꝙ postmodū apte subiūxit hec omīa opatur deus tribꝰ vicibꝰ p singulos videlicet probatōis querelle mortisq̄ p hec tria ꝙ duris primū sit/mulis meroris afficitur ꝙ magis post modū securitatis gaudijs refouet. Et quia electi vniuscuiusqꝫ mens tribus vicibus. i. vel labore querelle vel probatōe temptatiōis vel formidine solutionis atterit atqꝫ ipsa attritōe purgata liberat. Apte subiūgit vt reuocet a mimas eoꝝ a corruptōe ꝙ illuminet lumine viuentiū. lux quippe morientiuz est quā corpeis cernimus oculis. Qui autem huic mūdo viuunt luce morientiū tenebrescūt illuminant aūt a lumine viuentiū qui respecto tpali lumine ad splēdorē eterne claritatis occurrūt vt ibi viuāt vbi rerū lumē sentiēdo videant vbi nō aliud lumen alia vita sed vbi lux vita sit vbi sic nos exterius circūscribat vt interius impleat/vt incircūscripta externis circūscribat. Illuminant ḡ in lucē viuentiū quā tanto tē subtilius ꝓspiciēt qꝫto nūc ad illā pu.

rius viuant hucusq; Greg. in libro. xx
iiij. moꝛ. vlẽs igit oñdere in aliq; pte
p auctoꝛitatẽ viri greg. statũ incipien/
tiũ proficentiũ ꝛ pfectoꝛa materia no
stra quaz tractamus aliqliter digressi
sumus. Sz redeamus nũc ad propoſi
tũ ꝛ statũ incipientiũ prout dñs dona
uerit exequamur. Dic emz supius dictũ
est. q̃ ops deus quos preordinauit ad
vitã eternã diuersis mõis ad se vocat
maxime tñ hoc ipm p duplicẽ moduz
cõtigere solet aut p flagella coꝛreptio
nis aut p affectũ dilectõis. postq; vero
tales p pñiam ꝛ emẽdatõez vite ad de
um ꝓuerti fuerint diuersas impugna/
tões ꝛ laboꝛes sustinẽt. sz sustinere de
bent paciẽter qz p trãsitoꝛiũ laboꝛẽ ab
eterno doloꝛe liberant. ỏ quo loquitur
gre. vj. moꝛ. sup illo iob. ipse vulnerat
ꝛ medet sic dicens. ℣ Duobus
modis dus omps vulnerat quos vult
reducere ad salutẽ. Aliqñ em carnem
pcutit ꝛ mẽtis duriciã suo pauoꝛe ca/
lescit. vulnerãdo ergo ad salutẽ reuo/
cat cũ electos suos affligit exterius vt
interius viuãt. Und p moysen quoq;
loquit sic dicẽs. Ego occidã: ꝛ ego vi
uere faciã. Occidit em ꝛ viuificat per
cutit ꝛ sanat. Quia idcirco foꝛas fla/
gella admouet vt ĩtus vulnera delicto
rũ curet. Aliqñ etiam si flagella exteri
us cessare videant intus vulnera affli/
git. qz mentis nẽe duriciam suo deſi de
rio pcutit. sed pcuciẽdo sanat. Coꝛda
em male sana sunt cũ nullo dei amoꝛe
sauciant cũ pegrinatõnis sue eorum nã
nõ sentiunt. sz vulnerant vt sanent qz
duz amoꝛis sui spiculis mentes deus
insensibiles percutit. moꝛ eas sensibi
les per ardoꝛẽ caritatis reddit. Und de
p sponsam in canticis canticoꝛ ỏ vul
nera caritate ego sum. Male em sana
aĩa atz in hꝰ exilij ceca securitate pro
strata nec videbit dñm nec videre req
rebat. pcussa ãt caritatis spiculis vul/
nerat in ĩtimis affectu pietatis. ardet
deſiderio pẽplatõis ꝛ miro mõ viui/
ficat ex vulnere q̃ priꝰ moꝛtua iacebat
in salute estuat. anhelat. etiã videre de
siderat quẽ fugiebat. pcussiõe ergo ad
salutẽ reducit q̃ ad securitatẽ quietis
intime amoꝛis sui pturbatõe reuocat.
Sed sauciata mẽs cũ anhelare in deũ
cepit cũ cũcta mũdi huius blandimẽ
ta deſpiciẽs ad supnã patriã p deſide
riũ tendit ad temptatõez et protinus
vertit q̃cquid amicũ priꝰ in scło blã/
dũq; putabat. nam qui peccantẽ ama
re ꝓsueuerat recte viuentẽ crudeliter ĩ
pugnat ꝛ erectus in deo aĩmus carnis
sue bella tolerat in q̃ priꝰ victꝰ fui/
ens delectabiliꝛ iacebat voluptates pri
stine ad memoꝛiã redeunt ꝛ ꝓtradicẽ
tẽ mentẽ grauiter tñ affligũt. Sed dũ
p hoc transitoꝛio laboꝛe atterimur a p
petuo doloꝛe liberamur. hec greg. ℣
Quicũq; g̃ de erũnoso seculo ad scam
ꝓuersionẽ siue religiõez p dei gram vo
catus ꝛ ꝓuersus fuerit siue p flagellati
onẽ siue p dilectõez aut quocũq; alio
mõdo supa pluries premissuz est stet
firmus in ꝓposito nec ꝓpter temptatõz
aliquã impugnatõem seu aduersitatẽ
a sancta intentõe ꝛ a via salubri quã p
pter pctã sua pẽitenda ꝛ eternã remu
neratõem refiliat assumpsit. Sz viriliter cũ adiutoꝛio dei istis impedimẽtis
resistat. Cũ adest gra dei aut cõpũctio
agat gram deo. ꝛ studeat hãc ꝓseruare
in se p hũilitatẽ ꝛ simplicitatẽ coꝛdis
Cũ deest ꝓpter hoc nõ deficiat sed p ge
mitũ ꝛ piũ affectũ ad deũ iterũ eã req
rat donec inueniat. Cũ ẽo pulsatus fu
erit p varias tribulatões ꝛ temptatio
nes paciẽter sustineat. ne ꝓpter hoc in
stabilis efficiat. sed p patientiã ꝛ lon
ganimitatẽ ac p requisitõem ꝓsilioꝝ a
semoꝛibꝰ timentibꝰ deũ has impugna

tões studeat in seipso mitigare ac etiã euadere q; impossibile est vt deus illũ sine ꝓsolatõe derelinquat qui facit qđ in se est videlicet temptatõibus pacĩ ter resistendo tribulatões sustinendo. ꝓfitia vt dictũ est ab alijs querẽdo ꝙ ĩ ipsis ꝓfitijs acquirẽdo ꝙ in his oĩbus viriliter agendo ac ꝑseuerãdo. q; fit deus. vt dicit ap'lus paulus qui nõ patit nos tẽptari sup'a q̃ possum? sed facit cũ temptatõe etiaz prouentũ vt possimus sustinere. Amãtes igit ex hoc ꝑseueremus in via ꝙ in preceptis dñi nihil hesitãtes ꝙ salui erim?. Filij

DE impedimẽtis ꝙ temptatiõibꝫ qua patiunt incipientes ꝙ noui ter conuersi ante ingressuz ordinis ꝙ tpe probatiõis ac etiã de remedijs contra hoc satis clare informatus sum. Nũc igit audire desidero de pnĩa quam sub ire debẽt penitẽtes ꝙ de seculo ad ordinem conuersi. Et primo quid sit penitentia. Capitulũ. XIII. Pater.

PEnitẽtia quid

sit. scti doctores in suis dictis diffiniunt. in hoc verba primo ambro. sic dicit. R Pnĩa siue vere penitere est preterita mala plangere ꝙ plãgẽda itez nõ ꝓmittere Item btũs gre go. penitere est añ acta pctã flere ꝙ itez flenda nõ ꝓmittere. Et beatus aug. dicit. Penitentia vera est penitẽda nõ admittere ꝙ admissa flere. Dicit etiã btũs bernñ. Verus penitens est semꝑ in labore ꝙ dolore. dolet de preteritis. laborat pro futuris cauẽdis. Ecce qõ sancti patres cõcordãt in vnũ asserentes pnĩam esse in dolore ꝑpetratorum viciorũ seu facinorũ ꝙ de cetero nõ admittendorũ. Quia qui adhuc agit qđ penitet procul dubio penitens non est ꝛ irrisor. vt dicit ysidorus inanis ẽ penitentia ꝙ infructuosa quo ad salutem quã sequẽs coinquinat culpa. nihil ei prosunt lamẽta si replicent peccata nihil valet vemiã a malis poscere ꝙ mala denuo iterare. dicit etiã ambro. hoc est vera pnĩa cessare a pctõ vnde vera pnĩa hoc requirit vt homo de pctis ꝓmissis doleat ꝙ post eadẽ nõ admittat. hoc tenẽs beatus bernñ. sic dicẽs. vera siquidẽ pnĩa est fine intermissiõe omni tpe velle de peccatis sic plãgere vt nũq̃ cõmissa amplius admittat nec voluntate nec facto. hoc bernñ. Qui eñ vere penitet et digne nõ iterat lapsum sed a se omnẽ mortis repellat casum. Nam felix ille est vt ait ambro. Qui in animo hoc ꝓstituit vt ꝓmissa deplangat ꝙ plangẽda amplius nõ admittat. hic talis verus penitẽs est ꝙ veram pnĩaz ducens q; hoc qđ nequiter ꝑpetrauit ex aĩmo dolet. ꝙ a similibus vicijs ꝙ pctis promit ꝺ cetero firmiter abstinere. ꝺ hoc ait richardus de sancto victore diffiniens veram pnĩam sic dicens. vera pnĩa est de preterita prevaricatõe velle cũ firmo proposito cõfitendi satisfaciẽdi et cũ omni cautela cauendi vnde publican? vacat hoc richar. Q Quia ad hoc ꝙ homo bene penitear quatuor exigunt. Primũ ꝙ doleat de peccato Secundũ ꝙ cessat vlterius a peccato Terciũ ꝙ proponat cessare peccare vsq̃ in finẽ vite sue. Quartũ ꝙ emẽdet benefaciendo. ꝓfitendo. ꝙ satisfaciendo. R Etiam sciendũ ꝙ pnĩa fm ethimologiam dicitur quasi pena tenax. quia omnis pnĩa penalis esse debet. Nunquã etiaz fine interiori vel exteriori pena vel dolore deo satisfacere potest quis ꝑ peccatis aut quia punit deus aut punit homo vnde publicanus percussit pectus ne puniretur. nec vnq̃ dimittit peccatum nisi homo ꝑ interiorem dolorem cõteratur. nisi emiz se fecisse doleat quod ꝓfitetur vemiam non

meretur. Sic igitur patet quid sit penitentia. Nunc videndum est de effectu penitentie siue fructu quem assequuntur penitentes ⁊ veram penitentiā agentes ¶ Unde primo sciendum q̄ omnia peccata siue originalia vt in infantulis siue actualia vt in adultis per sacramentum baptismi cum suscipiē delentur non solum quo ad culpam. sed etiam quo ad penā. Sed quia valde pauciſſimi innocētiam susceptam in baptismate illibatam custodiunt. nam quasi cōmuniter post assumptum baptismum homines in diuersa peccata aut consentiendo vel mala opa faciendo labuntur. perpetrato vero peccato innocentia perditur ⁊ culpa incurritur per quam ad eternā damnationez obligatur. Ab hac igitur macula ⁊ peccati culpa baptismus abluere non potest. quia semel susceptus nec custodiri virtutem tollendi maculas peccatorum non habet. Dominus autem deus noster cuius misericordia super omnia opa eius videns oculo pietatis sue infirmitatem nostrā fragilem esse ad peccandum cauendū prouidit nobis ad remedium q̄ quod post peccata id est naufragium ipsius misericordiam et gratiam obtinere possemus videlicet penitentie medicamētū. penitētia quippe est secunda tabula post naufragium ad quā peccator potest recurrere q̄diu est in statu presentis vite quandocūq̄ ⁊ quocienscūq̄ diuinam misericordiam voluerit implorare ¶ Duplex est enim naufragium scilicet peccati originalis ⁊ peccati actualis. De primo igitur liberamur per baptismum qui virtutē accepit ⁊ efficatiam a tabula crucis christi ¶ De secūdo autem liberamur p tabulam penitētie quā diuina clementia prouidit homini. quia pro peccato actuali non potest quis iterum baptisari. de hoc dicitur in quadam omelia sic. per baptismum renascimur ⁊ immortalitatis p̄missa accipimus si post baptisma nosa peccatis obseruamus. nā si post baptisma in peccatū prolabimur sine quo impossibile est fragilitati cōsistere nō ad immortalitatem. iterum p̄ baptismū possumus reformari sed p̄ fontem lacrimarum p̄ penitentiā ⁊ confessionem eandem possumus adipisci immortalitatem p̄ gratiam ⁊ misericordiam dei. Ad mundiciam igitur quam consecutus est p̄ baptismum conseruandā et ad penitentiā si postmodum lapsus fuerit agendam. beatus Augu. sic hortatur dicens. habete cumicam mundaz sicut accepistis de baptismo nullus eā maculet moribus malis seruate quod accepistis. Qui vero polluerit vestem istaz lacrimis mundet ⁊ a malis se separet. cōfessionem celebret ⁊ correcta vita iam non redeat ad vomitum sicut canis. Hec dicit augu. Et notandum q̄ baptismus spiritualis in vera penitentia ⁊ cordis contritione ac in effluentis lacrimarum attestatione cōsistit quia sicut baptisma sacramentale ex aqua ⁊ spiritu sancto habz vim regenerationem sic baptisma spirituale ex aq̄ lacrimarum ⁊ spiritu contritionis cōsequitur efficatiam ⁊ virtutem. Hoc baptisma vocat hieronimus secundaz tabulam quaz post naufragium deus peccatoribus misericorditer ordinauit ⁊ cum ad primuz baptisma nobis peccantibus redire nō licet in huius baptismi lauacro cōmissa crimina abluens. quia ipsa penitentia reformat ipsum baptismum per peccatum violatum. Hoc testatur beatus iohannes abbas ō mōte synai in tractatu de. xxx gradibus ita dicens. Pēa est reuocatio baptismatis. pēa est pactō ad deū

secūde vite pnīa est intesinēs desperatio corporalis consolationis. pnīa est reconciliatio domini p bonam opatōez pententia est ꝓscientie emundatio hec iohānes abbas. vnde ꝓfundant hi qui dicunt post baptisma peccata perpetrata p pententiā nō posse deleri. De quibus dicit theophilus. Lacrime petrī christo ꝓpīam adduxerunt cōfundātur itaq; nouaciani qui dicunt q; qui post susceptionē baptismatis peccauerit non suscipiāt a deo vt sibi delictū remittatur. Ecce petrus qui t corpus cristi sumpsit t sanguinem p pīaz est receptus. Eteniz sanctorū defectus ideo scripti sunt. vt t nos si p incautelaz ceciderimus recursum habeamus p eoꝝ exempla ad christum t speremus p pententiam subleuari. hec theophilus.

X Ineffabilis quippe pietas di peccatoribus post gratiaz baptismi in peccata cadentibus aliam grām videlicz remedium pnīe miscōiter prouidit p quam possit post lapsum baptismi iterum venīam t misericordiaz inuenire. De ꝙ gratia dicit abbas ysaac in quodam sermone siue tractatu. Gratia p? gratiam data est hominibus in pnīa. Pententia em̄ est porta peccatoꝝ que apta est psequentibus eam. p hanc portam intramus ad diuinam miscōiam t absq; introitu isto nō inuenimus misericordiam. qz omēs peccauerūt iuxta diuinam scripturam iustificati gratis p gratiam ipsius dei. Pnīa est gratia secunda t oritur in corde ex fide t timore. Timor autem est baculus spiritualis gubernans nos quousq; peruenīamus ad paradisum spiritualiū bonorum t cū ibi applicauerimus dimittit nos t reuertitur. Paradisus est charitas dei in qua est delectatio cūctarū beatitudinum. t sic sicut impossibile est transmeare magnū mare sine naui sic non pōt aliquis sine timore ad caritatem transmeare. Cum naui ergo pnīe transfretare possumus habentes remigatores timoris q; si hi non gubernāt nauem hanc pnīe cum qua transimus mare huius mundi ad deuz submergimur in mari. Pententia est nauis. timor gubernator. charitas portus diuinus. Facit ergo timor nos sedere in naui pnīe t transfert nos mare mundi feridum t ad portum diuinū qui portus ducit nos ad quaz respiciūt omēs qui laborēt t tribulantur in pnīa. Cū q; peruenīmus ad charitatē peruenīmus ad deū vt vita nostra pficiatur. hec abbas ysaac. Hanc igitur gratiā videlicet remedium pnīe vnusquisq; peccator qui prolapsus est in scelera necesse est vt adeat si suorum criminū venīam a domīo obtinere desiderat. De talibus ad deū post peccata cōmissa redeuntibus ad pnīam beatus grego. xxvj. moralium sic dicit. Sepe cōtingit vt pleriq; deū deserant vt vite suē pa carnalibus delectatiōibus expendant. sed tamē supna gratia respecti in extremis suis ad deum redeūt que sint eterna iudicia cognoscunt cuncta que egisse se puerse meminerint fletibus pumantur q; hec eadem insequi rectis opibus oīdunt quibus subsequente iusticia prefecto torum dimittitur quod ante deliquerunt quia graui luctu afficit eadē gratia que post facinora mentē repellet. nam male gesta ad memoriā reducit sibiq; homīem q; fit iuste damnandus ostendit vnde fit vt p cīm oīe qđ se egisse remīscitur quotidianis fletibus insequatur t quo magis valet qđ iustum est cernere eo ardērius apperit iniustū se gemitibus pumire. Que cum dīs illustrando ꝓpleuerit eius viram proculdubio in lamentū vertit atq; illumiat mētē quo magis eterna suppli

cia insinuat eo hāc durius de trāsacta nequitia gemitibus fatigat ⁊ dolet hoc mo ꝙ fuit peccator. qz bonum incipit iam quod nō fuit. odit qualē fuisse se meminit amat qualem se esse debuisse agnoscit ⁊ solam iam pñe amaritudi nē diligit. quia caute ꝓsiderat in quā tis voluptatibꝫ sua delectatoine pecca uit. Bene ergo ꝑ hꝫ dicit post eū ru gitus ⁊ somitus. quia cū mētem deus ingredit ꝓstat ꝓcul dubio qz mox pe nitentie gemitus sequatur vt ei iam sa lubriter flere liceat qui prius de iniqui tatibus flendis iocūditate gaudebat Ex quo vberius culpa fletur eo altior cognitio veritatis attingitur. qz ad vi dendū internū lumen polluta dudum cōscientia lacrimis baptisata renova tur. hec grego. Amanda ergo ⁊ deside randa ab omnibus est virtus pñe que nō solum abstergit facinora vetustaꝫ ꝓsolatōnem in gratiā sancti spiritus penitentibus ⁊ lugentibus solet impe trare. Testatur hoc quidam doctor dicens Quivere penitet ⁊ veraciter do let de pctis absq; mora indulgentiam accipiet ⁊ quanto quis freqntius quā toq; vehementius de suo reatu interno dolore afficitur. tanto certior tantoq; securior de indulgentie venia efficitur inde est ꝙ aiam pñe lacrimis afflictā tam frequenter quaꝫ libenter ꝓsolatur spiritussanctus illā frequenter visitat. et illam libenter ꝓfortat ⁊ ad vemie fidu ciam plene reformat quaꝫ sua scelera flendo damnare ⁊ damnando flere cō fidebat. incipit nam q; extunc quedaꝫ familiaritas inter deum ⁊ aiam fieri ⁊ ex eius aduentu nō tantum iam conso lari ymo aliquotiens quodam inesta bili gaudio repleri. Sed ad hec quis ydoneus ꝓfecto verus penitens ⁊ cō fitens post baptismū cū nullum aliud nobis cōstitutū remediū est q; penite cie ⁊ cōfessionis. hec ille Patet igitur ex predcis satis clare quō baptismus ꝑ peccatum violatus ꝑ penitentiam re formatur. Filius.

PEto etiam de hoc informari vt̄ omnia peccata qualitercūq; com missa possint ꝑ pñam deleri vel si est a liquod peccatum tam grande qđ care at indulgentia aut remissione.

Capitulū. XIIII. Pater. A

LIre debes qꝺ omnia peccata ꝑ pñam deleri possunt ſm aug. Qui sic dicit. non est quicquā in criminibus qđ non peni tudine deleatur excepta tamen despe ratione que facit delpare de dei miseri cordia ⁊ obstinatōne que obdurat cor ad penitendū. hec em̄ duo scilicet despe ratio ⁊ impenitentia carent venia De desperatione dicit ysidor⁹. Nulla esse tam magna culpa que nō habet ve niam solū desperationis crimen est qđ non habet venias nec mereri potest. Et beatus augu. Peccatum desperatiōis vera mors est. Dicit beatus hieroni mus de penitentia. Nihil tam repugnat deo q; cor impenitens solum crimen est qđ venia non habet. hec hie ronimus Ista igit duo solūmodo vide licet desperatio ⁊ obstinatio siue im penitentia iuxta sniam sanctorum doctorū vt dictum est. veniam nō merentur. Ceteravero omnia peccata q̄uis enor mia ꝑ pñam delentur. Testatur hoc be atus augu. sic dicens quecūq; necessi tas cogat ad pñam nec quantitas cri minis nec breuitas temporis nec vite enormitas nec hore extremitas si pu ra fuerit ⁊ voluntatū mutatio excludit avenia. sed in ampli ssimos sinus suos mater charitas reuerentes recipit ꝑ digos velit nolit nouatus hereticus. semper repenitentes suscipit deus. hec

augu. Consolentur ergo cristi fideles de tanta pietate di ⁊ nulls licet in multa peccata ⁊ enormia lapsus fuerit de diuina miscõia desperet quia eius pietas excedit ommiũ viciorũ ⁊ peccatorũ quantitatẽ ⁊ numerositatez. nam oĩa peccata ab origine mundi cõmissa diuine miscõie ꝓpata sunt quasi vna gutta aque respectu totius maris. quod ꝑbat beatus bernñ. in quadam auctoritate sic dicens. Excedit pietas ihesu criminũ quantitatẽ seu numerositatem. ℣ Item dicit ℟ res ꝓfusa. ℟ res monstruosa peccatorũ desperantiuz de dei miscõia cũ omnia peccata originalia siue venialia ⁊ mortalia ab origine mundi cõmissa diuine miscõie cõparata sint quasi vna gutta aque contra pelagus totius maris. hec ber. Nulls igitur peccator audiens de dei pietate diffidat. si tamen ꝑ pñam cõuertitur ad dñm. qz bonitas eius superat omnez maliciam delictorꝫ. De hoc ꝑ origenẽ sic dicitur. Nihil desperandũ est in illis qui ꝓpungunt ⁊ qui cõuertunt ad dñm. non superat enĩ bonitatẽ dei malicia delictorũ. vnde si peccator fuisti. tantum si puersus es ⁊ desijsti a peccato iã sanctus appellaris. hec origenes vnde si quis est propter sua flagicia in desperatõe positus redeat ꝑ pñam ad dominũ nihil hesitans quia etiã desperatos si ex toto corde conuersi fuerint. in gremiũ sue pietatis letãter suscipit christus. De hoc dicit ysidorus. Sepe dyabolus eos quos conuerti ad penitentiã aspicit immanitate scelerum pcussus ad desperationem perducit vt subtracta spe venie trahat in diffidentiam quos nõ potuit retinere pseuerãtes in culpa. Sed penitens prouidere debet callidas cõtra se hostis insidias ficq; dei iusticiã metuat vt tamen quãuis in magnis sceleribꝫ de miscõia et confidat. Amplius igit̃ letetur de desperata ⁊ aliqñ cõuerla q̃ de ea que nũq̃ extitit ꝓdita: nullus ergo desperare debet de venia etiam si circa finem vite ad pñaz reuertatur. hec ysidorus. Jtẽ de magna pietate dei quam frequẽter peccatoribus exhibet. dicit beatus gregorius. O ineffabilia viscera pietatis dei culpas insequitur. ⁊ tamen peccãtes protegit. iratuz se indicat ⁊ tamen ab hostibus defendit cum ipsis nõ erat vt vinceret. ⁊ tamẽ cum ipsis erat ne ab hostibus perirẽt vt mater pcurit delinquentem puerum. ⁊ tamẽ prohibet si eum videt ire in precipiciũ. hec greg. Hec ergo omnia premissa tante pietatis beneficia debz vnusquisq; peccator ex medullis cordis attendere ⁊ cõfidenter de venia peccatorum suoꝝ presumere. sic tamen presumat vt quantotius a peccatis cõtra deũ cõmissis ꝑ penitentiam se purgare studeat. De hoc dicit cyprianus sic. Quisq; penitens debet de venia peccatorũ presumere vt nũq̃ tñ cesset se purgare de culpa. Dicit q̃ debet confidere se esse in dextera dei vt caueat illius sinistra feriri. hec cyprian?. Gaudeant ergo omnes peccatores audientes tantã pietatem ⁊ bonitatem esse inuiscerib; dei nostri. ⁊ nullus negligat tante miscõie finum. ℭ Si quis est inuenis ⁊ nõ est prolapsus in maiora crimina conuertatur ad dñm ⁊ maiorem gratiam ab ipso cõsequet̃ quia multum vtile est deoq; carũ a iuuentute ⁊ in iuuentute ⁊ sanitate quenti confiteri ⁊ penitere. Est enĩ vtile propter multa. primo quia qñ mutatur cõuersio in iuuentute est grata ⁊ sanctificata tanq̃ primicie etatis ⁊ vite nostre domino. ꝛz illud treñ. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Secunda quia facilis ⁊ expedita quia talem conuersio

nem minus impedit precedens peccā di consuetudo ⁊ peccatorum multitu/ do ⁊ ō preteritis multa ⁊ onerosa satis/ factio ⁊ vēnie desperatio. nam quanto minus quis peccauerit tanto citius p suis excessibus satisfacere potest deo ⁊ de venia gaudere. Tercia quia secura ē et multiplicat merita. mens enim que non est onerata grauibus peccatis fre/ quenter est in gaudio. naꝫ vbi bona cō/ scientia ⁊ secura mens ibi est quasi iu/ ge cōuiuiū. Quarto quia virtutes con/ gregate in iuuentute senio cōfectos so/ lent consolari ⁊ letantes facere. quod probat iohannes abbas in tractatu de xxx. gradibus sic dicens. da prompte labores iuuentutis iesu christo. ⁊ gau/ debis in senio sup̄ diuitias impassibi/ litatis. in iuuentute em̄ congregate se/ nio confectos ꝓsolantur ⁊ nutriunt la/ borem⁹ iuuenes freq̄nter curramus vigilanter. quia mors est incerta vere malignos ⁊ crudeles dolosos astutos potentes ⁊ non dormientes immateri/ ales ⁊ inuisibiles inimicos habemus in manibus ignem tenentes ⁊ templū dom̄i dei ihesu christi cōburere cupi/ entes ⁊ nitentes p flāmam que est in eis. Nullus ergo iuuenis existens imi/ micos suos demones recipiat dicētes Ne conteras carnem tuam ⁊ corpus tuum vt nō laboribus ⁊ infirmitatib⁹ concidas. hec iohannes abbas. ¶ Et sic habemus qūo valde salubre sit in puericia ⁊ in etate iuuenili deo adhe/ rere per pfectam conuersatōnem. Si qui vero in adolescētia sua ⁊ iam in ad/ ulta etate pctā ⁊ facinora grauia lapsi fuerint antecꝫ per longum vsum ⁊ cō/ suetudinem ipa vicia veniant ⁊ mentē in nequicia indurent. necesse est vt fe/ stinent quantocius ad remedium pn̄ie per quam possint obtinere a deo grati am pn̄iē ⁊ messe. tales namꝫ nōnūꝫ postꝫ cōuertuntur ad deum p penitē/ tiam tanto fortiora acta pagunt quan/ to maiora peccata contra suum condi/ torē cōmiserunt. de talibus peccatori/ bus ⁊ aliis in statu innocentie ad deū vocatis ⁊ conuersis beatus Gregori⁹ xvij mor̄. sic dicit. ¶ Pensandum est q̄ occulto ꝓfilio omnipotens deus quos/ dā ab ipsis exordijs suis innocentes custodiat ⁊ vsqꝫ ad virtutum summa p/ uehit vt etate crescente simul in eis p/ ficiat ⁊ annorum numerus alios nume/ rositas ⁊ celsitudo meritorum. alios vero in exordijs suis deserens scaturi/ entibus vicijs ire per abrupta p̄mittit plerumqꝫ tamen eos respicit ⁊ ad se/ quendum se sancti amoris igne succē/ dit atqꝫ inolitas in eorū cordibus p̄u/ rigines viciorum vertit in feruorem v/ tutum ⁊ eo magis ignescunt ad deside/ rium requirendū pietatis dei quo ma/ gis erubescunt memoriā iniquitatis sue fic̄ sepe cōtingit vt in pugne certa/ mine miles ante ducis sui oculos con/ stitutus hostili virtute turpiter cedit ⁊ enormiter prebens terga feriatur qui/ tamen hoc ipsum quod turpiter gessit erubescens ante ducis sui oculos ma/ iores ex ipsa verecūdia vires sumit tā/ toqꝫ fortiora postea exercet quanto fa/ tagit, vt p̄item gloriam virtutis pera/ gat ⁊ preteritam ignominiam debili/ tatis tergat. Sic igit̄ nōnunqꝫ quidā in dei fuitio ex anteacta acrius debili/ tate roborantur eosqꝫ ad custodienda mandata ⁊ futurorū trahit desideriū ⁊ impellit memoria preteritorum vt hinc ad futura amor ꝓuocet illinc de/ ꝓteritis verecundia instiget. hec greg. ¶ Sz sunt nōnulli qui nec ī pueri/ cia nec ī adolescētia vel iuuētute a ma/ licia sua vel mala vita ad deū se cōuer/ tere studēt dicentes in cordibus suis quamdiu viuit etas iuuenilis fruamur

voluptatibꝰ ⁊ desideriꝭ ⁊ postꝯ senuerimus de malis factis nostris pñam agemus quoꝝ stulticiã abbas effrem in vq. omel. sua sic cõmemoꝛat dicẽs Quãdo te obnoxiũ ꝓ peccatum senseris ad pñaz cõuerti non verecũdaris seu cõfundari. qz qui hic pemituerit in nouissimo nõ pemitebit. clementer em dñs ad pemitentiã ꝓfugientes suscipit ne in miscꝛia domini fretus peccatis peccata adiũcias. ne velis dicere viget etas mea. carnis ꝯcupiscentiã exercebo ⁊ postremo in senectute maloꝝ meoꝝ pemitudinez geram pius nam ꝯ est dñs ⁊ multuz misericoꝛs nec vltra facinoꝝ meoꝝ memoꝛabit. summa nam ꝯ est stulticia hec in mente ꝯcipere. quis em nouit hoꝛam siue diem exitus sui. nõ enim omẽs in senectute hac luce pꝛiuant. sed in diuersis etatibus de hoc mundo migrant ⁊ in quibus actibus vocabitur homo in eisdem necesse est eum reddere rationẽ. nemo enim in inferno cõfitebitur dño. sed tu nec cunctaris ad penitentiã conueri semp ante oculos tuos versetur vltimus dies. Cum enim diluculo surrexeris ad vespas te ambigas puenire ⁊ cuz in lecto ad quiescendũ membꝛa posueris noli cõfidere de lucis aduentu ⁊ facilius te poteris refrenare ab omnibꝰ. hec abbas effrem. Videmus igit ꝓ predicta ꝙ valde stultũ sit talia in mente cõcipere. ⁊ in tali insensata cogitatione perseuerare. qz multum infelix est qui iuuentutẽ suam in vicijs cõsumit. dyabolo seruiendo ⁊ postea senectutẽ suam vult offerre chꝛisto. Teste beato bernar. qui dicit. Infelix est qui floꝛẽ iuuentutis sue offert diabolo. ⁊ fecem senectutis sue chꝛisto. hec bern. Tales ꝫ qui sic ad penitudinẽ senectutis tempus expectãt. multũ timere debent ne dum speranta deo miscꝛiaz incidant in eius iudicium. De hoc dicit beatus greg. Satis alienus est a fide qui adagendã penitentiã tempus senectutis expectat. metuendũ ei est ne dum spe rat miscꝛiam incidat in iudicium. hec grego. Ecce patet ꝙ valde incautũ sit differre penitentiã ⁊ emendationẽ vitꝫ ad etatẽ senilez ¶ Sed qꝛ est adhuc grauius multi ipsam penitẽtiam differunt vsꝫ ad extremã hoꝛam mꝛtis quod multũ est piculosum De quo dicit beatus greg. in regĩstro Qui penitentiã differt ad hoꝛaz sui obitus estimo ꝙ a merito penitentie eternaliter maneat alienus. nam ſm aug. Penitentia sera raro est vera. Quo enim quis potest penitentiã agere doloꝛe infirmitatis pꝛegꝛauatus ac in extremis vite finibus cõstitutus. aut quo potest penitentiam agere qui opa nulla satisfactionis iam exercere valet vnde penitentia que ab infirmo seu moꝛiente petitur. timendum est ne ipsa moꝛiatꝫ ¶ De piculosa hac in extremis penitentia dicit beatus augu. in quodam sermone fic ¶ Parum est peccatoꝝ pẽitere nisi penitentiam peregerit. ad emẽdanda enim crimina vꝛ penitentia tantũ nõ sufficit. nam in satisfactõe gentiũ pctoꝝ nõ verba sed etiã opa que runt ¶ Datur etiã quidẽ in extremis penitentia ⁊ non potest negari sed auctores esse non possumus ꝙ qui sic pecierit mereat absolui. Quo enim agit penitentã lassus. Quomodo agit pñaz in extremis finibus vite constitutus. Quo penitentã agere valeat qui iam nulla opera satisfactõnis per se opari potest ⁊ ideo penitentia que ab infirmo petitur infirma est penitẽtia que a moꝛtuo petitur. tantum timeo ne ipsa moꝛiatur. Et ideo dilectissimi quicunqꝫ vult inuenire misericodiam dei sanus agat penitentiam in hoc seculo

vt sanus esse valeat in futuro. hec aug. Videmus igit ex dictis q̄ piculosum sit differre vsq̄ ad extremā horā mortis pñam tam egrotus quisq̄ circumdatus infirmitatis doloze vix cogitare valz aliud q̄ quod sentit. q2 tota mēs eius versatur ibi vbi vis est doloris ꝛ si pemitet ex doloze pemitet. nō ex timore quod valde displicet deo ¶ De hoc dicit brūs hieronimus sic. Age pemitentiā dum sanus es dū peccare potes vt ex amoze nō ex timoze vitearis pemitere ꝛ pctā te relinquere non ipsa te quia si egrotas quomodo scis q̄ pemiteas vix aliō cogitare potes q̄ qō sentis. illuc enim rapitur tota intentio mentis vbi est vis doloris. hec hiero. Valde igitur salubze ē vt homo pñiaz agat adhuc incolumis añq̄ veniat hora mortis. ne duz cum potest pemitere noluerit ꝛ cū tarde voluerit omīo non possit ꝛ qui prauevīendo pñam primo vult agere in mortis articulo hui? est valde dubia remissio Quod tangit yſidorus in tractatu de summo bono. sic dicens q̄ uis quisq̄ sit peccator impius si ad pñam conuertat consequi posse venīa credit. nullus em̄ de dei bonitate dubitet. sed sola accipiētiū pra uitas conferre sibi indulgentiā abneget in hac vita tantūdem pñe latet libertas post mortem nullā esse correctōnis licentiā. Unde p propheta dicitur date inquit domino deo vestro gloriaz id est anteqū moz̄s eterna preueniat in hac vita dum estis deum p pñam glorificate adhuc in seculo pñam agentibus ꝛ opantibus dei misceōia subuenit in futuro aūt iam non opamur sed rationē operū nostrorum ponimus. p id deteriozantur plerumq̄ iniqui qui p pacientiam dei spaciū accipiunt emendandi quam illi moza viuendi nō vtā tur ad pñaz. sed ad peccandi vsurpāt audaciam. A malo autez in deterius vadit qui tpe sibi ad pemitendū indulto ad libertatem praui operis vtitur. Festinare debet vnusquisq̄ ad deū dū potest ne dum si potest noluerit. cū tarde voluerit omīno nō possit. proinde prophēta ait. Querite dominum dum inueniri potest inuocate eū dum prope est. Et vbi inueniri potest nisi in hac vita in qua etiam ꝛ prope est oībus invocantibus eum. nam tunc longe erit quando dixerit. ite in ignem eternū. Modo em̄ non videtur ꝛ prope nō erit quia ꝛ videri poterit ꝛ non poterit inueniri. Sed quando quis peccare potest pemiterq̄ ꝛ vitam suam viuens ab omni crimīe corrigit nō dubiuz q̄ ad eternā transeat requiem. Quis autez prauevīendo pemitentiā in mortis articulo agit sicut eius damnatio incerta est sicut remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia. sanus pemitet sanusq̄ ppetrata facinora deffleat. Et alius cū tamen quāuis per pamitentiā propiciatio fit peccatorū sine metu tamen non debet esse homo. quia pemitentie satisfactio diuino tantū propensatur iudicio non humano. proinde quia miseratio dei occulta est. sine intermissione flere necesse est. neq̄ em̄ vnq̄ oportet pemitentē habere de peccato securitatē. nam securitas negligentiā pit negligentia aūt sepe ad vicia transacta reducit. hec ysidoro. ℟ Sciendū tñ q̄ oēs dōs etiaz et semi etate ꝓstitutos nō deseret si ad ipm veraciter p pñam querisi fuerint. nam tales brūs grego. in vna omel. ad penitendū hortat sic. d. Qui vigilare i scōa vigilia noluit tercie vigilie remedia nō amittat vt q̄ i iuuētute ad vias vite ñ vigilabat satē i senectute resipiscat Sepe em̄ i extrema ec̄ positi nccē rare ꝓpūgunt visitante se gra dei ꝛ illa

que male gesserunt p fletus diluunt ac p bona opa vt prevalent deum placare restituent quibus misericorditer ignoscitur quod deliquerunt. De talibus dicit ysidorus in libro de summo bono sic mira supna gratia respecti in extremis ad deū reuertuntur p pñaz q que cūq male gesserunt quotidianis fletibus purgant atq in bonis opibus male gesta commutant quibus iuste totū quod deliquerant ignoscitur. quia ipi quod male gesserunt penitēdo cognoscunt. hec ysidorus. Sed adhuc sciendum q omnipotens deus etiaz circa finem vite peccatorem non respuit. si tamen veraciter penituerit. nam fm augustinū nulla penitentia est sera dummodo fit vera. Dicit etiaz ysidorus nō dubitamus circa finem etiaz iustificari hoiem p pñie compunctionem si bona est in extremis compūctio q cōuersio. multo melior tamen est ante finez vt ab hac vita securus transeatur. hec ysidorus. Sz quia homo pro certo scire non potest vtrū bonā q veram cōpūctiōez in extremis habere valeat p quā possit venia suop delictorum obtinere ac dei misericordiam inuenire q etiaz dubiū sit q incertū vtruz hi qui in peccatis multis sunt q differunt pñiam vsq ad horam mortis cū querūt absolui a sacerdote sic absoluantur ido valde necessariū est qui securus vult esse de venia vt nō differat pñiaz vsq ad senilem etatem vel quod peius est vsq ad articulum mortis Sed in iuuenili etate vnusquisq q cū sanus potest peccare. sua pniteat peccata q iuste viuat qō si sic fecerit procul dubio q gratiam a domino obtinebit. De hoc tractat beatus augu. sic dicens. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere pñiam fateor vobis non illi negamus quod petit. sed si securus hinc exierit ego nescio. penitentiam dare possimꝰ securitatē vero non. nūquid dico damnabitur. sed nec dico liberatur. Quis ergo a dubio liberari age pñiam dum sanus es. si sic egeris penitētiā ego dico tibi quia securus es quia pñiam egisti eo tempore quando peccare potuisti. Si vis ergo agere penitentiā quando iam peccare nō potes peccata te dimiserunt non tu illa. Item due res sunt. aut ignoscitur tibi: aut non ignoscitur tibi. quoꝝ tibi futurū sit. nescio ergo tene certum. dimitte incertum. hec augu. Cernentes igitur tam magnū bonum q tam copiosuz fructū esse in virtute penitentie nullus negligat salutē anime sue sed vnusquisq qui se sentit grauatū peccati onere currat ad remediū penitentie. p pñam enim soluitur homo a peccato restituit ecclesie: tecō ciliatur christo: donis spiritualibꝫ ditatur. de filio dyaboli efficitur filius dei paradisus aperitur. hec est que āgelos letificat. ipios iustificat amissa bona reuocat. penam eternā vitat ad quam appetendā sacra scriptura nos inuitat dicente augustino Omēs auctoritas scripture q omībus bonoꝝ q beatorum via ondere conatur q̄ fit appetenda penitentia que languores sanat sedatos mūdat. mortuos suscitat. vicia fugat. virtutes adornat. mētem roborat. omnia bona confert. q ad suscipiones christi preparat humana precordia. Hec augu. De virtute etiam penitentie q eius cōmendatione iohannes crisostomus in quodaz sermone sic dicit. O penitentia que peccata deo miserante remittit et paradisum reserat que contritum sanat hominez que tristem exhylarat vitam de incertu revocat fiduciam reformat graciamq̄ habundantiorem refundit. O penitentia quid de te referam. omia ligata tu

soluis omia soluta tu seruas omnia ad uersa tu mitigas omnia contrita tu sanas oia desperata tu aimas. O mira pia rutilantior auro splendidior so le quam nō vincit peccatum nec defectio supat nec desperatio delet pia respuit auariciam horret luxuriam fugit furorem firmat amorē calcat superbiaz liguam ptinet cōponit mores odit malitiam. excludit inuidiam. Perfecta gir peccatorē omnia libenter sustinere Pia cor mundat. animas sanctificat ad suscipiendū deum interiora preparat naturalia reparat gratuita recuperat. deo recōciliat. angelos letificat demones fugat carnem domat spiritum roborat celū impetrat. Hec crisf. Ecce quante sunt in pia efficatie siue vtutes q quāta bona confert his qui aggrediunt q assumūt eam vnde quilibz pctōr qui desiderat a peccatis absolui et saluari non negligat eam. Si quis iuuenis est quertatur ad dīm q penitētiam nō differat vsqz ad senilem etatē vt securior possit esse de venia pctōrum et glozia celestis patrie. Si quis vero senex est q pniam distulit ex sua negligētia q incuria vsqz ad senectutis etatem tamen desperare nō debet sz agat pniam eo feruētius q diligentius quo diucius se cōspicit in via viciosa q sordida iacuisse. nullus vo differat ex proposito vsqz ad horam mortis pniam pter pricula et dubia salutis euitanda superius p sanctos doctores sufficienter expressa. Filius.

De pnia q eius effectibus ac vtilitate sufficienter instructus sum. nunc igit de gradibus siue ptibus penitentie q aliqs eius circūstanticis cupio edoceri.

Capitulum. XV. Pater.

Antequam procedatur ad explanationē penitentie q eius partium. Sciendū q omnipotens deus propter transgressionē suoz̄ preceptorum q peccati maculas odio habet omnes peccatores sz misericordiā prestat pcendo penitentibus testante sapiēte. Eccī. xij. qui dr Altissimus odio habet pctōres q misertus est penitentib. Si igitur non vis odiri a deo displiceat tibi iniquitas q odi pctm̄ q eris deo amicus. quia hoc odis qō ille odit nec hoc tantū sufficit vt displiceāt pctā. sed necesse est vt p ppetratis sceleribus pnia subsequat. quia pctā impunita esse non possunt. De hoc dicit beatus aug. in glo. super psal. sic. Audis quia deus odit iniquitatem q times si odit iniquitatem nunquid te sed in te est iniquitas odit illā deus oderis q tu. eris cm̄ deo amicus si odisti qō odit Displiceat ergo in te ipo tibi iniquitas tua. puniturus est eī pctm̄ malorum deus. preueni illū. nō vis vt ipse puniat. tu puni. differt manū a pctis. tu noli differre cōuerte te ad puniendū peccata. q pctā impuita esse nō possunt. puienda ergo erūt aut a te aut ab ipso tu puni q agnosce vt ignoscat. Et quid misericordius ē deo qui tantū petit pctōribus q qui in oibus cōuersis ad se nō curat preterita. hec augu. Per hec dicta colligere possumus q non sufficiat homini post pctā ad deum querti a malis actibus abstinere q vitam in melius mutare nisi etiam domino per penitentie dolorem pro suis excessibus studeat satisfacere. testante eodem beato augustino. qui sic dicit. ad agendā penitētiaz nō sufficit vitā in melius mutare q a malis actibus recedere nisi q de his q facta sūt satisfacias dño p pnie dolorē p

humilitatis gemitus per contriti cor dis sacrificiū coopātibus elemosinis ad proximū Augustinus predcā dixit hoc idem brūs greg. testat sic dicens. Admonēdi sunt qui pcta admissa deflerūt. nec tñ plangūt ne iam relaxata estimēt culpas qs q̄ si agendo nō multiplicāt. nullis tñ fletibus mundant. neq; enim debitor absolutus est q̄ alia nō multiplicat nisi illa quib⁹ se ligauerat soluat itaq; cū deo delinquimus nequaq; satisfacimus si ab iniquitate cessamus nisi q̄ voluptates qs dilexim⁹ econtrario oppositis lamētis insequam hec greg. Necessariū igit est valde omi cuiq; pctōri vt omissa delicta p pñaz in se puniat atq; deleat. qz ipsa peccata vt predictū est impunita esse nō possunt. q̄ iō qui non vult a deo puniri p se pniteat. puniat pñaz agēdo. de hoc dicit brūs greg. ix. moz. sup iob. Sciens q̄ nō pceres delinquētibus sic si delinquēti non pcitur quis ab eterna morte eripit. cū a delicto mundus nemo reperit. Si pnitenti pcit qz delinquēti nō pcit delicta plangim⁹ neq; q̄ iam delinq̄ntes sum⁹. Hz quid est q̄ petrus negans respicit q̄ redemptoris negati respectu ad lacrimas vocat. Quid q̄ paulus cū redēptoris nomē in terra conaret extinguere eius verba de celo meruit audire. sed tñ culpa in vtroq; punita. qz q̄ de petro scriptum est. Recordatus petrus ybi iesu egressus foras fleuit amare q̄ paulo veritas dicit. Ego oñdam illi quantū oportebat pro noīe meo pati. Delinquēti em nequaq; pcit quia delictū sine vltione nō deserit. aut em ipse homo hoc in se pnitens punit. aut hoc dūs hoiem vindicās pcutit. nequaq; igit peccato pcitur. quia nequaq; sine vindicta relaxatur. Sic dauid post confessionem audire meruit dñs transtulit peccatū tuum q̄ multis post cruciatib⁹ afflictus reatuz culpe quā ppetrauerat exolut. Ab electis eī suis iniquitatū maculas studeat tpali afflictione tergere q̄s in eis non vult imppetuū videre. hec greg. Saluber ergo est homini multū vt pctā quā litercūq; ptracta siue maiora siue minora p afflictionē pñe studeat abstergere atq; delere quia nec memoria peccata impunita erūt si non fuerint p penitentiā delera. testatur hoc brūs aug. sic dicens. Peccata siue pua siue magna sint impunita esse nō possunt quia vel homīe punientē vel a deo vindicante plectunt. cessat autē vindicta diuina si querio precurrat humana. Hec aug. Quod etiā sentire videt beatus greg. iūg. moz. exponēs illud iob pereat dies in qua natus fuz q̄ dicit. Nequaq; hō ad delectationē peccati rapit. nisi prius pvoluntarias mētis tenebras infirme tur. Ante emz cecus in mente fit q̄ postmodū se reperiat incauta. mētis infirmitas delectatōi substernit. dicat ergo pereat dies i dest preat delectatio que in culpā hoiem rapuit pereat incauta mētis infirmitas que eū vsq; ad tenebras praui sensus excecauit. homo em dū blandimēta delectatōis caute nō pspicit. etiā in noctē nequissime perpetrationis ruit. Solerter ergo vigilandu⁹ vt dū blandiri culpa incipiat ad quam tū interitū mēs trahat agnoscat. vñ q̄ apte Dies vtat in tenebras culpa in ipso delectatōis exordio ad quē perditōis finē rapiat videt. Die in tenebras vtimus cū nosmetipos districte punītes ipsa delectatōnis prava blādimēta p districte pñe lamēta cruciamus cū flendo insequimur quic quid quotidie in corde raciti ex delectatione peccamus. quia enim fidelis quisq; i iudicio subtiliter cogitatōes exquiri nō ignorat semetipsum intror

midiu virenti semp radice seruat. Sufficit enim si mens sit flebilis etiã si iugiter nõ possit. Vnde cũ visibiles lacrimas non potest quis ex oculis carnis exprimere sufficiat excessus ppr̃ios intra cõtriti cordis archana deflere. Hec petrus damiani. Patet igit ex predictis qualiter gemebunda cõpunctio etiam sine lacrimarũ effusiõe deleat peccatũ. que tñ gratia quãuis haberi nõ possit debz tñ abvnoquoq; desiderari. Solet aũt pius dñs a se etiã timentibo hanc gratiam plerumq; subtrahere quia cernit ex hoc dono posse aliquos superbire. & ideo non donat vt in humilitate pmaneant. Confert tñ pẽnitẽtibus ad se cõuertentibo validam cõpũctionis gratiã que delet peccatũ & supplet locuz lacrimarũ. sed talem cõpunctiõem sine lacrimarũ effusione nonnulli pẽnitentes p modico ducũt & in timore & humilitate ac statu bono cõseruantur. Ista tangit iohãnes abbas in tractatu de .xxx. gradibus sic dicens vidi in quibusdã lucrum & vidi in alijs pter penuriaz luctus. luctum qui licet habentes tanq; nõ detinentes afficiunt p bonũ & p bonam & pulcram ignorantiã impredabiles manent. solet enim & ipsuz lacrimarũ donum magis vacuos plerumq; extollere q ex re quibusdam nõ datur vt huius priuatõne & inquisitõe in suspiriis in merore & tristicia aĩme seipsos affligant. & profunda cõtristatiõe & extenuatione penurie luctus augustiẽt que locum lacrimarũ sine piculo hñt. quãuis ab eis hec cõuẽientius pro nihilo reputentur. hec abbas iohãnes.

Hec hanc autoritatẽ sanctiviri colligere possumus q̃ cõtritio meror & cõpũctio & suspiria que habentur pro peccatis etiã sine fletu locũ supplẽt lacrimarũ. Patet igit responsio ad supius interrogata q̃ cõtritio siue cõpunctio q̃ ex mesto & humili corde procedit etiã sine lacrimis põt tanta esse q̃ delet pctm̃ & supplet locum lacrimarũ. Sed sciendũ q̃ sunt nonnulli qui post pcta ppetrata ad deũ per pñiam redunt. & statim in principio cõuersiõis sue gratiam lacrimarũ a dño percipiũt quaz etiam gratiã per timorem dei ac bone vite studiũ & humilitatẽ in seipsis custodiũt & cõseruant. Et sunt nõnulli. q̃ quidẽ lacrimarũ gratiã in cõuersiõis nouitate pcipiũt. sed hãc per incuriã seu negligentiã vel vitam inordinatã ac viciosam perdũt. Et sunt nõnulli. qui quãuis p suis excessibus & pctis doleant. valde ac cõpunganf. lacrimas tñ pro delictis suis fundere nõ valent Et sunt nonnulli qui in principio sue cõuersiõis sua pcta flere nõ valent. faciunt tñ quod possunt se per cõpunctionẽ cordis seu gemituz ac merorẽ affligentes. vitam q̃ suam emendantes & cũ diligentia custodientes. Hi tales sic in tali proposito perseuerantes percipiũt processu temporis ex dono dei et gratiaz lacrimarũ & sic vter q̃ homo cõsolaf interior gemendo exterior flendo. nihil enim ita reficit aĩaz peccatricẽ siue cõsolatur quẽadmodũ humilis effusio lacrimarũ. De hoc dicit richar. ō sancto victore super illo ẽbo fuerũt mihi lacrime mee &c. Hmõi panes homo interior aliqñ solus comedit. aliquando etiaz vt secum comedat mestitum suum vix multa fatigatione compellit. Panem suũ spiritus solus comedit. qñ animus quidem de peccatis dolet. verum tamẽ lacrimas nulla ratione extorquere valet. panem doloris pariter comedunt & cibum vinum quasi vnanimiter sumunt. cũ interior homo profunde ingemiscit. & ad eius gemitũ exterior homo vberrim lacrimas fundit. hec richar. Inter hec etiã

am sciendum q̄ sunt nonnulli. qui cō punctionē lacrimarū p̄cipiūt. sed hūi militatē circa eandē gr̄atiā non habēt nam contra p̄ximoꝝ vitam nōnūq̄ se erigunt. vel contra ꝯditoris ordinationē murmurant. aut etiā p̄opter cō modum r̄pale seu vanam gloriam hoc agere student. De talib⁹ beatus greg. ix. moꝝ. exponens illud iob. Si lotus fuero quasi aquis mūis sic dicit Sunt nōnulli qui lamenta habent. sed humilitatē nō habent qui afflicti plangunt sed tamen in ipsis fletibus. vel contra p̄ximoꝝ vitam supbiunt vel contra ordinationē cōditoris erigunt. hi mirū aquas habent sed mūis aquā nō habent r̄ mundi esse nequeūt. quia hūi litatis fletib⁹ minime lauant. Aquis autē mūis a culpa se lauarat. qui confidenter dicebat. Cor contritū r̄ humiliatū deus non spernit. Qui em̄ lamentis afflig̃unt sed murmurādo rebelles sunt. mentē quidē ꝑterunt. sed humiliari ꝑtemnunt. Quāuis aque mūis intelligi r̄ aliter possint. Aqua em̄ fōtis et fluminis ex terra oritur. aqua vero mūis ex aere p̄oruit. Et sunt pleriq̄ q̄ p̄orationū lamenta se cruciant. sed to tis lamentoꝝ laboribus. ad desideria terrena exsudant ꝑpungunt in p̄ecibus. sed felicitatis transitorie gaudia exquirunt. hos itaq̄ mūis aqua nō abluit. qz eoꝝ fletus ab ymis venit. Qui em̄ ex terre aqua p̄profusi sunt. qui p terrenis bonis in p̄ecibus cōpugunt Qui vero idcirco plorant. quoniā p̄emia eterna desiderant aqua mūis hos delūt qz celestis ꝑfūctio infundit. nā cū plenē patriaz p lamenta appetūt eiusq̄ desideriis accensi plāgūt a sum mis accipiunt vnde mūdentur. Sed quoniā q̄ pena corruptōis astringimur quātūlibz rectis op⁹ luceamus verā mūdiciaz tm̄ nequaq̄ apprehendimus sed imitam̄ vnde apte p iob subditur. Tamen sordib⁹ intinguis me. Deus nos sordib⁹ intinguere dicit. i. intinctos sordib⁹ demōstrare. qz quanto ad illū verius p bona opa surgimus tāto subtilius vite nostre sordes cognoscimus. quib⁹ ab eis mundicia discordamus. Fit ergo. Si lotus fuero ⁊c. ac si apte dicat. Quāuis lamētis supne cō fūctōis infundar. q̄uis p studia recte opatōis exercear. in tua tm̄ mundicia video q̄ immūdus sum. intentū quip pe deo aīam ipsa adhuc corruptibilis caro diuerterat. eiusq̄ amoris pulcritudinē obscenis ⁊ illicitis cogitatiōnū motibus fedat. naz mūdos nos ad pfectū reddere vel vita vel lacrime nō valent. quousq̄ nos mortalitatis nūe corruptōis tenet ꝯditio. hec gre. H Unō quisq̄ gratiā lacrimarū a dño p cepit illam studeat p humilitatē ⁊ bonam ꝯuersatōem in seipso cōseruare. C Si quis vero hanc gratiaz habitā p incuriā aut negligentiā seu eriaz vitā inordinatā a se elongatā senserit p pñiam ⁊ gemitū cordis ac vite emēdationē conetur illaz in semetipso reformare. Si quis tonū lacrimarū nō dū est assecutus. p hūiles oōnes ⁊ lamenta pñe ac vite puritatē laboret a dño illud obtinere. ⁊ dū tonū ꝑdictū adeptus fuerit videat ne p negligentiam aut aliq̄ vicīū seu elationē mētis hoc pdat. Si q̄s vo ꝑdictā gr̄am lacrimaꝝ ex corde hūe desiderat ⁊ p illa obtinēda se p gemitus ⁊ lamēta ac meroꝛē aīe intus mactat. nec tm̄ asseqū valeat q̄ p̄ecat. talis nō desper. sz sua fragicia ⁊ pctā p̄otritōez ⁊ ꝑfūctōez cordis ac lamēta pñe studeat abstergere quia cōpūctio ac meroꝛ seu gemitus. que p̄ocedunt ex humili corde etiam sine lacrimis valent vt supra dictum est peccata delere. quia corꝛitū ⁊ hu

miliatū deus nunq̄ despicit Diligen da tamen valde est ⁊ desideranda com pūctio lacrimarū. quia nihil mouet de um ad miserandū siue etiam cogit. sic humilis lacrimarum effusio. Testatur hoc beatus augu. cū dicit. Omnia alia habent effectum mouentis vel suppli cantis. sed sola lacrima effectū cogen tis. Hec augu. Hoc idem affirmat bea tus hieronimus sic dicens. Oratio de um lenit: sed lacrima cogit. Ecce quo modo humiles lacrime cogunt deū ad p̄standum misc̄diam ⁊ venias p̄mitē tibus. ipsa em̄ lacrima ex pio cordis p̄cedēs affectu iudicis nō timet ter rorē accusantibus inimicis silentium imponit. sola intrat ante deum. sola vir tute vincit inuincibilē. hoc p̄obat bea tus bern̄. sic dicens. O humilis lacri ma. tua est potentia. tuū est regnū aspe ctum iudicis non vereris. inimicis ac cusantibus silentiū imponis. sola in grederis ante deū. sed nunq̄ sola aut vacua exibis. quid plura. vincis inuin cibilem ligas omnipotētem. hec bern̄. Ex iam dictis possumus cognoscere multū validam esse virtutē lacrimarū quia vincere possunt inuīcibilem ⁊ ad miserandū inclinare omnipotētē vn de quilibet peccator etiam maximis ⁊ multis sceleribus inuolutus vim facit omnipotenti deo nō eū cōpellendo. sed flendo. nō p̄uocando. sed lacrimis exorando. ⁊ p̄ humilitatē gemendo. De hac salubri violentia beatus aug. sup illo verbo Regnum celor̄ vim patitur sic dicit. vim facimus do mino nō ꝓpellendo sed flendo nō p̄o uocando iniurijs sed lacrimis exoran do non blasphemando p̄ superbiam sed p̄ humilitatem merendo. O bona vio lentia que vim patiēti bonitatē elicit. et vtilitatem tribuit inferenti. Quis quis violentior christo fuerit religio sior habetur a cristo. Aggrediamur in quā illum non ferro nō fuste non saxo sed cōsuetudine ac boni op̄is castitate hec sunt arma nostre fidei. quibus in gressione certamus vt autē his armis vti in via ferendo possimus. ante co rporibus nostris vim quodāmodo faci amus ⁊ expugnemus membror̄ vicia ac virtutū p̄mia cōsequamur. p̄ius enim ipsi regnare debemus in nobis vt regnū possimus virip̄e saluatoris. hec augu. Beatus etiam greg. eodem verbo Regnū celorū ⁊c. dicit sic. Qui p̄mi tentiā peccatoribus indixit. quid aliud q̄ regno celorum fieri violentiam do cuit. Rogitemus ergo cari ssimi. ma la que fecimus. ⁊ nos met ipsos assidu is lamentis atteramus. hereditatē iu storum. quam nō tenuimus. per viam capiamus p̄ p̄niam. vult a nobis omī potens deus talem violentiā p̄peri. nā regnū celorū rapi vult nostris fletib. quod nostris meritis non debet. Exer ceamus ergo nos ipsos in lamentis ex tinguamus fletibus ⁊ digmis p̄niē fru ctibus culpas. hec grego. Audientes igitur tantā vim ac virtutem esse in la crimis vnusquisq̄ qui se sentit in ali qua angustia aut necessitate positum ⁊ desiderat consolari vel etiam ab his li berari fundat ad deum lacrimas. Ad quod hortatur beatus augu. sic dicēs. Si desideras quod nō habes fū de lacrimas. Et iohānes crisostimus Nemo ad deū flens aliq̄n accessit. qui nō quod postulauit accepit. nullus ab eo bñficia volenter optauit. qui nō im petrauit quod voluit. hec crisō. Et quia nihil ita efficax est ad impetranda ea que sunt saluris ⁊ amouēda ea q̄ sunt contraria saluti sic sunt lacrime q̄ ex bōi li ⁊ pio corde p̄cedūt ideo quilibet homo. maxime tamen penitentes. qui conuersi sunt p̄ p̄niam ad dōm in hac

gratia coopante dño. se studeat exercere. nam cum aliquis p pñam ⁊ sanctã ꝓuersionẽ appropinquat dño. olocaustũ deo factus est. Conetur ergo vt mũdum se olocaustũ dño ꝓseruet. Si aũt aliquod viciũ temptando nitit mactare, hoc olocaustum p ꝓpunctionem et effusionem lacrimarũ studeat illud emendare. Quisquis etiã post ꝓuersionẽ in statu religionis existens se sensit, ꝓpter preterita peccata in corde seu ꝓscientia sua esse grauatũ ꝓpungatur currat ad lacrimas. Si quis vouit aut statuit in corde suo seruare castitatẽ. ⁊ se p turpes ⁊ illicitas cogitatões tẽptari senserit. ꝓpungaf currat ad lacrimas. Si quis vero decreuerit in aduersis seruare pacientiã. ⁊ se ꝓpter aliquã aduersitatẽ senserit ira turpari aut dolore cruciari. ꝓpungaf currat ad lacrimas. Si aliquis statuit in corde suo humilem locũ tenere: ⁊ hũiliratis vitutẽ in se ꝓseruare. sed cum despectus ꝓximi aduenit. ⁊ ob hoc se senserit indignari ac mestũ esse. ꝓpungaf currat ad lacrimas. Quisquis etiã in quacũ qͣ alia tribulatõe seu temptatõe se cõspexerit ꝓstitutũ. currat ad remediũ lacrimarũ ⁊ ad medicamentũ ꝓpunctionis vt mũdatus ⁊ purgatus p talia remedia ostia sancta siue olocaustũ mũdũ in ꝓspectu dei valeat inueniri. Magnus em̃ creatoris nostri miscdie finꝰ ad recipiendũ humiliũ fletus. Patet ergo fons miscdie. curramus ad lacrimas. lauemus nos in hoc fonte pietatis in quo fonte ipse dñs. petrus. magdalena. ⁊ latro in cruce loti sunt. Cum igiſ ꝓgnoscamus tantos se iaz lauisse in hoc fonte pietatis. ergo de venia et emendatõe nostra non desperemus. q tot exempla miscdie in pignore retinemus. De istis iam memoratis ⁊ de effectibus lacrimarũ. beatus grego. in tractatu sup ezechielẽ sup illo verbo ibi lauant olocaustũ sic dicit. Qui se p fidem in cõuersatõe sancta dño deuouerũt olocaustũ dño facti sunt. Sed qui adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiunf. quia adhuc in eis cordis mundicia sordidis cogitatiõibus inquinaf quotidie ad lacrimas redeũt assiduis fletibus affligunf. Sanctorũ etem̃ patrũ ⁊ dicta ⁊ facta ꝓsiderant. ⁊ cũ se indignos pẽsant in portarũ ostio olocaustũ lauant. Ecce etem̃ qui pro timore oĩpotẽtis dñi esse paties devouit nulli ꝓximi ꝓ ꝓximo reddere omia eqͣmiter tolerare ⁊ tñ huic cõtumelia ab ore proximi illata subito percussit. turbatus forte aliquid loquiſ quod loqui nõ debuit. certe iste iam olocaustũ est sed adhuc inquinatũ forta esse cõtra illatas ꝓtumelias. quas portat dolore tangit. eiusqꝫ aĩmus in caritate saucia tur ℣ Patia em̃ vera est q̃ ⁊ ipsum amat quẽ portat. naz tolerare ⁊ odisse nõ est virtus mãsuetudinis sed velamẽ furoris. Dic itaqꝫ sepe in cogitatõne sua se iudicat ⁊ ꝓcludat semetipsum qz dolet nec tamẽ apud se prevalet obtinere. ne doleat. iam ergo p bonaz voluntatẽ ⁊ deuotionẽ olocaustũ est. sed tamen p dolorẽ quo tangiſ adhuc inqnatũ. Alius ea que possidet apõ semet ipsum decreuit indigentibꝰ cuncta tribuere. nihil sibimet reseruare. vitã suam soli gubernatõi supne ꝓmittere. ſz dum prebet pauperibus q̃ hz fortasse cogitatio menti surripit. que dicit vnde viues si cũcta dederis. nec tamen desistit tribuere. sed qõ letus dare ceperat postmodum tristis prebet. Quid hmõi mens. nisi olocaustũ miscdie est. sed tñ p tristiciã cogitatõis inquinatũ. Alii ꝓtempta mundi superbia. honores atqꝫ dignitates huius seculi decreuit deuitare. vltimũ apud hoies locuz appetit

obtinere. vt tanto excelsior inueniatur in ꝑmanenti gloria. quanto humilior aspicit in transeunti vita. is forte cū subito sese a proximo despici cognoscit. dedignatur. cur despicit. vult qui dem esse in loco humili. sed tñ attendi ꝓemptibilis nō vult. hunc iam deuotio eleuat. sed adhuc infirmitas grauat iam ergo p deuotionē olocaustū sz ad huc ex infirmitate inquinatū. ¶ Scire debemus q differentia sit inter sacrificiū ⁊ olocaustū. In sacrificio eī ps pecudis. in olocausto vero totuz pecus offerri ꝓuenerat. ¶Pēsemus ergo quid sit sacrificiū quid olocaustū. Cū eñ quis suū aliquid deuouit ⁊ aliquid nō vouit sacrificiū est. Cū vero oīe qđ habet qđ sapit omnipotēti deuouerit olocaustū est. nam sunt quidā qui ad huc mente in hoc mūdo retinent. Sz tamen ex possessis rebus subsidia egē tibus ministrant. isti in bonis que faciunt sacrificiū offerūt. quia ⁊ aliquid d actione sua deo īmolant. ⁊ aliquid sibi ipsis reseruant. Et sunt quidā qui mihil sibimetipsis reseruant. sed sensum linguā vitā atq substantiā. quā ꝓcepe rūt omipotenti deo īmolāt, Quid isti nisi olocaustū ymo magis olocausto fiunt. Sz sciendū nobis q2 sunt quidaz qui etiam seculū relinquēres totū qui dē offerunt. quod habent. sed tñ in bonis que agunt minīe cōpungunt ⁊ bonū quod agunt. olocaustū est. sed quia flere ⁊ seipsos dyudicare nesciunt. seq ad lacrimas nō accendūt ꝑfectū eo rū olocaustū non est. Hinc eñ ꝑ psalmistam dr. Memor fit omis sacrificij tui ⁊ olocaustum tuū pingue fiat. Olocaustū quippe ficcū est bonū opus. qđ oronis lacrime nō infundūt. Olocaustū vero pingue est qñ hoc quod bene agitur corde humili. etiam p lacrimas irrigat. Unde rursum dicit olocausta medullata offeram tibi. Quis quis enim bonū opus agit sed omipotētis dei amore atq deficerio flere nescit. olocaustū habet. sed medullam in olocausto non habet. Qui vero bona operatur ⁊ visione iaz creatoris sui inhyat. atq ad eterna contemplatiōis gaudia ꝙuenire festinat. seq ipsum ex amore quo accendit in fletibꝫ mactat olocausta medullata dedit dño. Standum ergo nobis est. ⁊ mala fundi tus relinquere. ⁊ bona que fecimus ꝓparari. atq vt ipsis bonis que agimus amore eterni luminis ꝓpūgamur. Cōsiderandum quippe est opus nostrum. quale sit. que cogitatio in opere. que intentio in cogitatione ⁊ cum in nostro bono opere admixtuz aliquid malicie vel praue delectatōis agnoscimus. rediamus ad lacrimas. lauemus olocaustum. Sunt quidam qui semetipsos in magnis actionibus deo deuouerunt atq ad tantam ꝑfectionē puenerunt. vt ab eis nulla vnq difficultate flectātur quatenus in deliberatiōe castitatis neq caro in prava cogitationis delectatione animū sternat. Nam ⁊ si quā do p sugestionē pulsat surgere non permittitur. quia vigore iudicij calcatur. In deliberatione quoq patientie nec sermo īordinatus ab ore prodeat. nec dolor tacitus animum premat vt in deliberatione humiliatis. nullus despectus animū mordeat. Sed cuz iam in his. que recte deuouerunt sese fortiter exhibent. Priora tamen peccata. que ab his ante bonā deliberationem ꝑpetrata sunt. ad memoriā deducūt ⁊ plāgūt. quicqd illicite se egisse meminerūt Et itaq p vitā quā tenent olocaustū sunt sz ꝑvitā quā ante tenuerāt inquinatū. quia mūdāt lacrīs vitā. quā prauis aliqñ actibꝫ inquinauerāt. Nos itaq iter hec ad vitā preteritā mētis ocu

los reducam? reminiscam̃ qȝ fuimus cū mūdi huius ꝓcupiscētias sequere/ mur. Et si dñz iam toto cozde deseruimus qz nos pecca sse memīmus deflea mus in fletibꝫ olocaustū lauemus. Ecce omīpotenti deo deuouimus castitatē nostrā. sed si adhuc īmunda cogitatio mentē inq̃nat. redeamus ad lacrimas lauemus olocaustū. Ecce patientia nos seruare decreuimus sed adhuc ira pturbat si mētē tacitus dolor excruciat. redeamus ad lacrimas: lauemus olocaustū. Ecce iā incepimus possessa tribuere atqȝ in hoc mundo hūiles alꝫ humilitatis locū tenere. Sed tū si ad hūc animī inopie suspitio deprimit. si despectus ꝓximi in aliq̃ nos indigna tōe ꝓfundit. redeamus ad lacrimas lauemus olocaustū. Magnus est em̃ creatoꝛ noster ad recipiēdos fletus hūiliū miscōie sinus. vbi em̃ innumerabiliū hoīm fletus suscepti sunt. ibi lo/ cū suū inuenture sunt q lacrime nostre patet ergo fons miscōie. curramus cū lacrimis: lauemus nos in hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse dō lotus est. cū reduꝛ ad lamētū pñe post maculas grauis culpe. In hoc fonte miscōie lota est maria magdalena post pctā multa. in hoc fonte lotus est petrus post negationē q latro in cruce. Cur igit pi/ gri sumus. cur tozpentes q frigidi remaneamus. qui in hoc fonte pietatis tantos se iam lauisse cognouimus Ergo ne de emendatiōe nostra desperem? qui tot exempla in pignoze retinem? Querere ergo fontē pietatis debueramus etiā si clausus esset. q patet q negligimus. mittamus oculos fidei ī mū/ dū vniuersuz ꝓsideremus q̃nti pctōꝛes diebus ac noctibꝫ p lamenta in hoc fō/ te miscōie lauant. q̃nti post maculas ad noticiā redeūt. Curramus cum talibus post moztis tenebꝛas ad aquā vite

Cōsideremus quantū peccauimus q̃n tum quotidie peccemus atqȝ vt appare mus mundi post culpas lauemus olocaustū. hec dicta greg. sup ezechielem. Ut igitur virtus ꝓtritōis seu ꝓpunctōnis ac etiā effectus lacrimarū clarius patescꝛet. sermo ō hac materia ī longum est ꝓtractus ☞ Ultimo etiā videndū est de ꝓtritōe. vtrū ꝓtritio siue ꝓpūctio possit tollere totū reatum culpe videlicet q pene. Ad qō sciendū q ꝓtritio tanta potest esse q delet totū peccatum. Et de hoc dicit beatus aug. ☞ Peccata longi temꝓoꝛis pereāt. etiā vnius hoꝛe momento si fuerit in coꝛde vera ꝓtritō. Cōtritio aūt vera multa requirit. maxime tū dolorem coꝛdis qui ex timoꝛe q pio amoꝛe dī ꝓ ꝓcīs cōmissis ꝓcedit. nam quanto cū maioꝛi doloꝛe lacrime ꝑ faciem ꝓfundūt tanto a benigno cōdutoꝛe ꝑfectius culpa remittit. ipse em̃ solus laboꝛē q doloꝛem ꝓsiderat q ꝓout quis magis cōpunctus fuerit, tanto potioꝛem veniaz ꝓ suis excessibus ab ipso ꝓsequetur. Unde iohānes abbas mōtis synai. iudicatur penitus a bono q iusto iudice nostro nature virtus in lacrimis. sicut in alijs vniuersis. vidi em̃ paruas gutas cū doloꝛe effusas. q vidi fontē fine doloꝛe manantē q quidē magis ſm doloꝛem q non ſm lacrimas iudicaui laboꝛantes. Arbitroꝛ aūt q et deus. hec ille Et de beato petro legit q post negationez dñi egꝛessus est foꝛas q fleuit amare. quiꝛmam ab ipso statim ꝓsecutus est. Ex dictis ergo colligere possumus q ꝓtritio intantū potest extendere se. q tollat totum reatū quantū ad culpam. q etiā quantū ad penā. Unde thomas de aquino dicit. Intentio cōtritōis potest attendi dupliciter. Uno modo ex pte caritatis. que displicentiā causat. q sic potest in tantū intendi

charitas in actu q̄ ꝓtritio inde seq̄ns merebit̄ non solum culpe amotionem sed etiam absolutionē ab omni pena. alio modo ex parte sensibilis doloris quem voluntas in ꝓtritione excitat et quia ille etiaz pena quedam est. tantū ꝑt ītēdi q̄ sufficiat ad deletionē culpe ⁊ pene ¶ Etiā sciēdū q̄ in ꝓtritō ne duplex est dolor de peccato. vnus in parte sensitiua que passio est ⁊ hic nō est essencialiter ꝓtritio ꝓout est actus virtutis. sed magis effectus ipsius. si cut em̄ pn̄e virtus exteriorez pnā suo corpi infligit ad recōpensandā offen sam. que in deum commissa est. officiō membrorum. ita etiam ipsi ꝓcupiscibili pnā infert doloris predicti. quia ipsa etiam ad peccatū coopabatur. Al ius dolor in voluntate. qui nihil aliud est q̄z displicētia alicuius mali ⁊ sic cō tritio est dolor p essentiam ⁊ est actus virtutis pnitētie. hec thomas de aqui no ℟ Et quamuis vt predictum est p cōtritionē deleatur culpa vel etiā pena. nihilominus tñ confessio ⁊ peni tentie iniūcte expletio requirit. etiaz tūc non ꝓpter remedium sed ꝓpter pre ceptum, ⁊ non solū ꝓpter preceptum tenetur quis ꝓfiteri ⁊ satisfacere. sed ꝓ pter incertitudinē. quia nō est certus q̄ sua ꝓtritio fuerit sufficiens ad suuz reatum totū tollenduz. Unde oportet vt propter preceptum ⁊ talem incerti tudinē quilibet etiam multum contri tus currat ad remedium confessionis nisi articulus necessitatis hoc excludat aut impediat. Nunc igitur de secun da parte penitentie videlicet de confes sione dicendū est. Filius.

POst informationem d̄ contritio ne siue compunctione. Nunc de confessione que secunda est pars peni tentie ego cupio edoceri.

Capitulum. IIII. Pater. ¶

CONfessio est vt ait augu. q̄ quā morbus latēs spe venie aperit. Hec est ꝓfessio sacra mentalis que est pars pn̄e. hic quemā ter describitur ⁊ p materiā que est pec catū ⁊ p actum. qui est apire ⁊ p finem qui est spes venie. Confessio etiā est le gittima cora sacerdote pctōrum tecla ratio vel dicitur simul vel ex toto vel vn dicz fassio. nam ille ꝓfitetur qui totus fatetur. hec precipit p hieremiam. iij. Effunde sicut aquam cor tuū ante con spectu dn̄i dei tui. Et psalmista. Effun dite coram illo corda vestra. beatus au gu. etiam dicit pro peccastis pro etiam erubescatis videlicet ꝓfitendo. Erubescētia em̄ remissionis habet prē vtrū aūt teneamur ad cōfessionem di cendū q̄ sic ¶ Omnis em̄ pecca ti siue actualis siue originalis est remedium passio x̄pi. illius em̄ virtus passi onis in sacramētis eccie est impressa. vnde non possumus a peccato siue ac tuali siue originali sanari sine sacrāmē torū susceptione. vel in re q̄n habetur opportunitas suscipiendi. vel in propo sito cū articulus necessitatis excludit sacramentū nō ptemptus religionis. Confessio vero ptinet ad sacramentuz institutū contra morbum peccati mor talis ideo tenemur ꝓfiteri. hec em̄ tria videlicet ꝓtritionem ꝓfessionem ⁊ sa tisfactionem scire debemus esse ex pre cepto diuine scripture. nam cōtritio precipitur ioelis. ij. Scindite corda vestra. De ꝓfessione dicit iacobi vlti mo. Confitemi alterutrū peccata vra De satisfactione habet math. iiij. Pe nitentiam agite. appropinquabit em̄ regnū celorum. non est ergo salus sine ꝓfessione. vbi quis habere potest sacer dotem cui confiteatur. De hoc victori char. de sancto victore. Nisi em̄ quis

cõdignam ꝓfessionem fecerit suorum
scelerũ. ipse saluari nunqꝫ poterit ine
ternũ. ꝛ btũs iero. quotquot eñ absqꝫ
cõfessione decesserint hoĩes. nil aliud
sibi qꝫ eternas debere nouerunt miseri
as ꝛ dolores ¶ Est aũt primo sci
endũ qꝺ cõfessio pctõrum aut procedit
ex gratia spiritussancti aut ex metu fu
turi iudicij. primũ probat augu. sic di
cens Donũ spiritussancti iam hꝫ qui
ꝓfitetur ꝛ penitet. qr nõ potest esse ꝓfes
sio peccati ꝛ ꝓpũctio in hoĩe ex seipso.
hec ille. De secundo beatus greg. vij.
mor. sup illo ẏbo. Ego non parcã ori
meo sic dicit. Ori suo parcit qui confi
teri malum quod fecit erubescit. sed iu
stus ori suo nõ pcit. qr iram iudicis di
stricti preueniens verbis contra se pro
prie ꝓfessionis seuit. Hinc psalmista.
Preueniamus faciẽ eius in ꝓfessione
Hinc salomon. Qui abscondit scele
ra sua nõ dirigetur. qui aũt ꝓfessus fu
erit ꝛ dereliquerit ea misericordiaꝫ ꝓsequ
tur. Sed nequaqꝫ os pandit nisi cum
ꝓsideratiõe districti iudicij p pauorẽ
spiritus angustatur. vnde subditur. Io
quar in tribulatione mei. Tribulatio
quippe spiritus linguã ꝓmouet. vt rea
tum praui operis vꝛ ꝓfessiõis impug
net. hec greg. Unde vnusquisqꝫ pecca
tor stimulat? amore vel timore dei stu
deat sua scelera confiteri. quia ſm bea
tum aug. Nullum grauius peccatũ est
qꝫ aliquẽ morbos suos nolle confiteri
nullus eñ qui quesiuit remediũ perijt
nullus qui cõtempsit euasit. hec augu.
Monet ergo nos sacra scriptura vt q
remedium cõfessionis diluere satagamus. vult eñ pius dominus. vt ea cõ
fiteamur in hoc seculo. ne ꝓtingat nos
ꝓ illis ꝓfundi in futuro. De hoc di
cit beatus aug. in omnibus scripturis
diuinis admonemur fratres. vt pecca
ta nostra debeamus iugiter ꝛ humili
ter non solũ deo sed etiã sanctis ꝛ deũ
timentibus ꝓfiteri. Quomodo eñ no
bis vulnera deesse nõ possunt. sic ꝛ cõ
fessionis medicamenta deesse nõ debẽt
Non enim ideo vult vt cõfiteamur pec
cata nostra. qꝺ ipse ea scire non possit.
ſz qr dyabolus hoc desiderat vt inuenĩ
at qõ nobis ꝙñ tribunal eterni iudicis
obiciat. ideo vult vt magis defendere
qꝫ accusare peccata nostra uelimus Cõ
trario autẽ deus noster qr pius ꝛ mise
ricors est vult vt ea ꝓfiteamur in hoc se
culo. ne ꝓ illis cõfundamur postmo
dum in futuro. Si eñ nos ꝓfitemur il
le parcit. si agnoscimus ille ignoscit.
Hec aug. Nam ille nõ habebit quod
timeat in futuro iudicio. qui nũc cõfes
sionez fecerit de suo peccato. Testante
beato leone qui dicit nõ remanet iudi
cio ꝓdemnandum. quod fuerit cõfessi
one purgatum. Et cassianus illis non
iudex: sed aduocatus est christus. qui
se ꝓ ꝓpria cõfessione dãnauerunt. Quia
ſm quod hugo dicit. Nihil deo sit ita
acceptabile. qꝫ confessio in hoc mie sue
culpe. Omnis ergo qui scelera sua mo
do accusat. ꝛ suam vitã corrigit ꝛ emẽ
dat. talis nõ timebit suum aduersariũ
cum venerit: quia a deo erit excusatus
Unde crisᵒ. Omnis qui se agnoscit sui
accusatorem est. nam qui sui accusator ex
titerit cũ venerit aduersarius. non cõ
fundetur. Dis eñ qui se in hoc seculo
dolẽdo accusat ꝛ fuerit a se accusatus
a deo erit excusatus sed illa est fructuo
sa si secuta fuerit correctio. Ceterũ se
quotidie accusare ꝛ non corrigere deũ
temptare est. melius est ergo eligo vt
primo fit correctio ꝛ postea accusatio.
qꝫ precedat accusatio ꝛ non subsequa
tur correctio. Hec crisᵒ. Unde si confi
deremus peccatorũ memoriam. nõ erubes
camus subire confessionis medelam.

nam ⁊ ipsa verecundia que in ꝓfessiõe haberur. penaz tempat quam ꝓ peccato quis pati deberet. Testat hoc Eusebius qui dicit. Nullus ꝓfiteri erubescat. nullus dure reprehẽdi primescat Verecundia enim penam tempat quã ꝓ peccato quis pati debuerat. Et richar. de sancto victore O Quanto maior verecundia in confessione fuerit. tanto quilibet diuinis oculis clarior innotescit. Ergo postposita omni verecundia fine timore humano studeamus nostram ꝓscĩam p humilem cõfessionem expurgare. naz sicut pctã p petrata scripta sunt in ꝓspectu dei. sic cõfessio delere solet ea. ab oculis cõditoris. ⁊ tanta est vis cõfessionis vt demones illa que deleta p cõfessionẽ fuerint nõ valeant revelare. ymo scire ea ꝓhibẽnt. probat hoc sanctus ambrosius sic dicens. tante virtutis cõfessionem dixerim q peccata ipsa que p cõfessionem abolent demones revelare. ymo scire ꝓhibẽnt q aũt omnia sint nuda ⁊ aperta que illicite fiunt oculis dei. dicit quidam doctor sic. Nõ erubescas deo cõfiteri cui non potes abscondi. ipse eñ nouit abscondita cordium cui: omĩa nuda ⁊ aperta sunt. ante cuius conspectum omnia peccata nostra sunt scripta. sed quod scripsit trãgressio. hoc delet cõfessio non te pudeat dicere. qõ non puduit facere. Nulla etiã est tam grandis culpa. que nõ habeat veniam p ꝓfessionem. Vicia ergo cordis tui ⁊ prauas cogitatões illico manifesta. peccatum eñ ꝓditũ cito curatur. crimen vero tacendo ampliatur. Vicium enim si patet fit ex magno pusillũ. si latet fit ex mimmo magnũ. naz velox cõfessio velociter medicinam facit. Sit ergo in te deuota cordis ꝓpũctio vera oris ꝓfessio. discreta carnis mortificatio. repẽtina viciorum extirpatio. leta bonorum operũ exhibitio. hec ille. Et quẽadmodũ peccata hoiem sordidum ⁊ immundũ reddũt in ꝓspectu creatoris. ita ꝓfessio iustũ ⁊ pulchrum exhibet oculis creatoris. q aũt iustũ faciat ꝓfessio. dicit beatus greg. sup illo dabo. iustus in principio accusator est sui Quantũcũq peccator imanissima scelera ꝓmiserit. incepit tñ iustus esse. cũ incipit ꝓfiteri. quia cum ꝓfitetur eius iniusticia displicet sibi. cũ aũtẽ displicet sibi iustus esse incipit. q vero pulcros ⁊ decoros ipsa cõfessio exhibeat peccatores deo. dicit beatus ber. Ama ꝓfessionem si affectas decorem. Reuera vbi ꝓfessio ibi pulcritudo: ⁊ decora si peccata sunt in ꝓfessione lauantur si bona opa in ꝓfessione emendant. Vn de beatus augu. sup psalmistam dicit. Vis esse pulcer ꝓfitere. fedus cras cõfitere vt sis pulcer. peccator eras ꝓfitere vt sis iustus ℣ Et est duplex cõfessio scilicet laudantis ⁊ gementis. Cõfessio laudantis ad honorẽ ptinet eius qui laudatur. Cõfessio gementis ad pñam ptinet eius qui confitetur. Confitemur enim homines cũ laudant deũ. Confitentur autem cum accusant se ⁊ nihil dignius facit lingua. vt ergo illuz laudes te accusas: quia illius misericordia est. vt nostra pctã dimittantur. nam si deus vellet p meritis agere. nõ inueniret nisi qõ damnaret. Demit ergo dicẽs vt recedamus iaz a peccatis nostris ⁊ nõ nobiscũ deducat rationẽ de preteritis. sz tanq tabule noue fiant incẽsis omĩbus cyrographis debitorũ nostrorũ. Unde ꝓfitendo dãnemus qõ fecimus vt ille quod ꝓdemnet inueniat. Hec aug. Nec mirum est ipsa confessio pulchros ⁊ iustos homines peccatores reddit. magne nam q virtutis et efficatie est. Ipsa enim a peccatorum sordibus mundat. anĩ

mas sanctificat. deum placat. infirmū spoliat et paradisum aperit. De istis et alijs effectib ac virtutibus confessionis dicit. beatus gre. sic Confessio corpus illuminat. animā sanctificat. deū placat. penā peccatori donat angelos letificat. dyabolos contristat. q infirmū spoliat. Confessio a morte animā liberat. aperit paradisum. q spes salutis tribuit nec meretur iustificari. q in hac vita peccata nō vult confiteri. vñ etiā augustin⁹. Cōfessio ē salus aīe. maxī. dissipatrix viciorū. restauratrix virtutū. expugnatrix demonū. obstruit os inferni. aperit portas paradisi. Et richardus de sancto victore. Oīa inficit confessione lauāt. conscīa mūdat. amaritudo tollit. tranquillitas redit. spes resurgit. anima hylarescit. Qui itaq; vult habere conscīaz mūdā et sanctā. veniat ad confessionez. nā confessio mūdum et confessione facta etiā vnusq̄sq; fidelius se totaliter sentit in corde suo eē alleviatum. teste eusebio qui dicit. Unusquisq; fidelium confessione facta signāter sentit ac notabiliter se eē alleviatū Et si quis habeat paruā contritionē de commissis. vadat ad cōfessionis sacrāmentum. faciat qđ pōt. et remittāt ei rōe sacramenti nō rōe parue contritōis. q insufficiēs est ex se propter prauitatē suam et id qđ nō pōt pua contritio. perficitur ratōe sacramenti. Ex quo ergo tāte efficacie est peccati confessio. nullus negligat suis vulneribus qui sentit se variis criminib sauciatum tam salubre remediū confessionis adhibere. Ex notanduz q̄ sunt nōnulli qui se peccatores fatent. qui tñ peccatores se esse nō credūt. cū vero tales p suis excessibus arguūt. vl etiā a dño flagellātur se statim esse peccatores defendendo contradicūt. q se innocētes videri appetūt atq; cōtra flagella sui conditoris murmurāt. de talibus beat⁹ gre. xxiij. moraliū. super illo iob vt erā dignus nō accepi sic dicit. Sunt qui peccatores plerūq; confitētur etiam qui se peccasse nō credūt. nā sepe contigit vt passim se homines iniquos fateant. sed cū peccata sua veraciter alijs arguēntibus audiūt defendūt sūmope se. atq; innocētes videri conant. Unusquisq; cū tal' ē. q se deliquisse dicit verū nō dicit. quippe qui peccatorē se nō ex intimo corde sed verboten⁹ asserit iste em̄ de confessiōe peccati ornari voluit non humiliari. p accusationē suā humilis apparet videri nō esse. valde aūt facile ēt peccatorē se quisq; cū nihil p peccato suo patitur fateatur Secure vicz iniquos nos dicim⁹. cū vīdictā nullaz de iniquitate sentimus nā cū peccatores nos quidē in tranquillitate loquimur cū de peccatis ipis flagello interuenīēte corripimur murmuramus Uir itaq; iustus qui culpā suā discrete considerat etiā i flagello profitet dicat et vt erā dignus nō accepi. Item dicit xxij. mo. sic Sepe nāq; contingit vt elatus virtutibus animus dū multa i estimatōe primo⁹ de se spargi cognouerit. agnosci nō velit. si quid ē. qđ reprehēsibiliter facē. Quas vicz erroris tenebras mēs idcirco tolerat q cordis oculū tumor grauat. hec sunt nāq; vere humilitatis testimonia. q iniquitatez suam quemq; cognoscere. q cognitam voce cōfessionis aperire Ac cōtra vitatuz humāi gnis virtū ē. q labēdo peccatū omittere. q omissū negando abscondere. q quictū defēdēdo multiplicare Omni enim peccatori iam exordium illuminatōis. est humilitas cōfessiōis. q sibimetipsi pcere iā rēnuit q̄malū ñ erubescit profiteri qđ fec̄. q q̄ de fēdēdo accusari potuit accusādo celer

rime defendit. Sz sciendū ē q̄ plerumq̄ homines et culpā confitentur et humiles nō sunt. nā multos nouimus qui arguēte nullo. peccatores se esse cōfitentur Cū vero de culpa fortasse fuerint correpti. defensionis patrocinium querunt. ne peccatores esse videantur Qui si tunc cū illud. spōte dicunt. peccatores se esse vera humilitate cognoscerent cuz arguūtur ab alīs esse se quod p̄fessi fuerant nō negarēt quia in re iudicia vere p̄fessionis sūt sicū quisq̄ peccatorez se dicit id de se dicenti etiam alteri nō p̄tradicit naz quia scriptum est. Just⁹ in principio accusator est sui nā magis peccatorq̄ iustus videri appetit. cū se peccatorez quisq̄ nullo arguēte cōfitetur. sed cōfessionis veritatē probat. quando malum alter quod fecim⁹ increpat. quod si superbe defendimus. liquet q̄ peccatorez nos ex nobis ficte dicebam⁹ vñ sūmope curādū est. vt mala que fecimus et spōte fateamur q̄ hoc alīs arguentib⁹ nō negemus. Superbie quippe vicium est. vt quod fateri de se quisq̄ quasi sua sponte dignatur. hoc sibi dici ab alīs dedignet. Mirentur in iob qui volunt castitatis cōtinētiam mirentur integritatez iusticie. mirentur viscera pietatis ego in eo nō minime admiror p̄fessionem humilimaz peccatoz q̄q̄ tot sublimia gesta virtutū Scio eñ q̄ p veritatis verecūdiā plerumq̄ grauioris est certaminis p̄missa peccata p̄dere q̄q̄ nō admissa vitare et vnūq̄q̄ malum quāuis robustius vitet ut tñ humilius p̄ditur. hoc gre. ibi. Et sunt nōnulli qui se de male p̄petratis diiudicando ī mente accusant. sed q̄ ipsas voluptates ex desiderio nō deserūt erubescunt confiteri quod faciunt sed cū ceperūt carnis delectationes in se reparare etiā perveris confessionem incipiunt se accusare Et sunt nōnulli. qui quidē peccata sua confitentur sed nō gemunt ymo q̄ fi gaudentes sua scelera dicunt. sed fi volūt veniam suoz criminum a dño no cōsequi fiduciā de sua salute a dño p̄cipere necesse est vt per gemitū puniant. quicquid p linguaz accusant. de talib⁹ beatus Gre. mor. ix. sup illo iob Dimittā aduersum me eloquiz meum hic dicit. quasi p̄o se eloquio suo vtitur qui p̄ua que gessit defendere accusatorib⁹ conatur. sed aduersum se eloquium dimittit. qui accusare in se inicipit q̄ erranit. sepe vero et cum delinquimus ea quoq̄ que agimus diiudicamus accusat mens ipsa quod perpetrat. sed quia hoc ex diuerso minime deserit erubescit confiteri quod fecit. Cum vero toto iam iudicio carnis delectationē p̄mit. audaci voce in accusatōis sue se erigit p̄fessiōe. S

Sed sunt nonnulli qui apertis vocibus culpas fatentur. sed tamen in confessione gemere nesciunt. et lugenda gaudentes dicunt. vnde aperte p iob subditur. Loquar in amaritudine anime mee. Qui culpas suas detestans loquitur: restat vt bas in amaritudine anime loquatur vt hoc ipsa amaritudo puniat. quicquid lingua per mentis iudicium accusat. Sciendum vero est quia ex pena penitentie quam fert bi mens irrogat. aliquatinus securitatem percipit. atq̄ ad irrogationem superni iudicis fidentior exurgit. vt seipsam subtilius inueniat. et erga se quomodo disponatur agnoscat. vnde additur dicam deo noli me cōdemnare. Qui peccatorem se in amaritudine anime asserit quid aliud q̄q̄ ne p̄dēnetur dicit. q̄ amaritudo p̄fectis penitentie extinguit supplicia sequentis ire. Duobus autē mōis ī hac vita iudicat hoiez

deus. quia aut per mala presentia ir/
rogare iã tormẽta sequẽtia incipit aut
tormẽta sequẽtia flagellis pñtibus ex
tinguit. Nisi em̃ delictis exigentibus.
iustus iudex et nũc et postmodũ quos/
dã pcuteret iudas minime dixisset pec
caui. tradẽs sãguinẽ iustũ math. xxvij
Scdo eos q̃ ñ crediderũt pdidit. Et de
iniquis ps nõ diceret. induantur sicut
dyployde confusione sua. Dyplois quip
pe duplex vestimentũ dicit. Cõfusio/
ne ergo sicut dyployde induti sunt. qui
iuxta reatus sui meritũ ⁊ tẽporali ⁊ p
petua aiaduersione feriũt. Solos q̃p
pe pena a supplicio liberat. quos imu/
tat. nã quos psentia mala nõ corrigũt
ad seqntia pducũt. Si autẽ neq̃ pe/
na presẽs quosdã a supplitio eterno de
fenderet. paul⁹ nõ diceret. Cũ iudica
mur a dño corripimur vt nõ cũ mũdo
dãnemur Sinceriaz scriptũ ẽ. Quez
diligit dñs castigat. flagellat em̃ oẽm
filiũ quem recipit. Sepe ergo mens
iusti vt magis secura fit altius trepidat
et cũ flagellis cingitur. supni iudicis
incertitudĩe turbat. Pauet ne iniciũ
seqntis dãnatõis sit: oẽ qđ patit. ⁊
p cogitationẽ interrogat iudicẽ qz de
vite sue meritis ambit in pcussione. sz
cũ vite sue virtus ad oculos mentis
reducitur quasi cõsolatio a iudice rñ/
detur. qz nequaq̃ ad perdendũ percu/
tit quẽ in actõis innocẽtia feriendo cu
stodit. Bene itaq̃ dicit. Iudica mihi
cuz me ita iudices ac si aptẽ diceretur:
Qui flagellando me iudicas ostende.
qđ ad iudiciũ p flagella securũ reddas
quod ⁊ aliter intelligi põt nã plerũq̃
vir iustus petit vt semetipsuz iudex si/
bi iudicet quatenus q̃ ille aiaduertẽ
do percutit hoc in se flendo et ipe casti
get. Scit nãq̃ q̃ equissimus iudex in
iuste quẽpiam nullo modo affligit. et
magno fletu affligitur. qz dolz in ver/
bere et reprehendere perfecte in se nõ
valet qđ deplorat. hec gze. ¶ Qui
igit vult bonũ assequi qđ desiderat de
bet pfiteri malũ qđ fecit. ⁊ se in pspec/
tu sui pditoris humiliare. in magnis
em̃ defectib⁹ ⁊ miserq̃ positi sumus.
Per nos nãq̃ in peccata cecidimus
sz nostris viribus resurgere nõ valem⁹
et q̃uis nũc iusticia electi polleant ne
quaq̃ sibi ad innocẽtiã sufficiũt si in iu
dicio districte requirãt. Hec ergo cõ/
siderãtes humiliemus nos coz̃ ocu/
lis sũme maiestatis nostras iniquita/
tes humili pfessione pandẽdo ⁊ ppter
nostras prauitates eius gratia nos ĩ
dignos iudicãdo. vt veniaz peccatoz
nostrorũ ⁊ habũdantiorẽ gratiã ab ip
so pcipe mereamur. De hoc dicit bea/
tus greg. vir⁹ moza. sic. Qui pmereri
vult bonũ quod expedit. debet maluz
pfiteri qđ fecit. vñ p̃ iob dicitur quid
faciam tibi o custos hoim. Ecce fatẽ
malũ quod egit. sz bonũ quod deo in
pensatõe debeat offerre nõ inuenit. qz
ad abluendam culpaz quelibet huma
ne actõis virtus infirma est. nisi hanc
misericordia parcentis foueat. et nõ
iusticia recte iudicãtis premat. vnde
recte per psalmistã dicitur. Veliorẽ
misericordia tua super vitas. quamli/
bet quis videat innocẽs. apd districtum
tñ iudicẽ nostra nos vita mõ liberat. si ei reatus sui debitum. misericor/
die benignitas nõ relaxat. Humilitas
autem nostre vestituõis exprimitur.
cum deus hominum custos vocat qz
si eius nos custodia minime protegit
ante occulti hostis insidias nostre solli
citudinis oculus vigilãs dormit. ps
attestante qui ait. Nisi dominus custo
dierit ciuitatẽ et cetera Per nos nãq̃
cecidimus. sed nostris resurgere vi
bus nõ valemus. culpa nos voluptatis
ꝑprie strauit sed. sz pena culpe detez

quotidie deprimit ad amissã rectitudinẽ surgere. studioꝝ conatibus nitimur. sed delictoꝝ pondere grauamur Ois ꝙ apte p̃ iob subdit. Quare posuisti me ꝓtrariũ tibi Tunc sibi deus contrariũ hominẽ posuit. cum homo peccãdo dereliquit deum. Serpentis quippe psuasionibus captus hostis eiꝰ extitit. cuius p̃cepta ꝓtẽpsit. Salubrem em̃ humilitatẽ deserens ad ĩfirmitatis iugum suꝑbiendo puenit et ceruicem cordis erigendo suppositus: qꝛ ꝙ subesse diuinis iussionibus noluit sub suis se necessitatibus stravit. Sic nimiꝝ debuit p̃sumptio coꝛporis fic suꝑbia sterni. Quia em̃ elatũ semel sumpsimus spiritũ. esse deuens quottidie portamus. sed ab humano genere tũc peccatũ plene tollitur. cũ per incoꝛruptionis gloriã nostra coꝛruptio permutaꝫ. esse nanqꝫ a culpa liberi neq̃qꝫ possumus. quousqꝫ ĩ coꝛpoꝛe mortis tenemur. nã quã talibet iusticia electi polleãt. nequaqꝫ tamen sibi ad innocẽtiam sufficiunt. si in iuditio requirantur. sed hoc nũc ad solatium sue erectõis inueniũt ꝙ nequaqꝫ se posse sufficere humiliter sciunt Sub humilitatis ergo tegimine a gladio se tãte aĩaduersionis absondũt. et quo terroꝛẽ venturi iudicis p̃stolantes cõtinuo trepidant eo indesinẽter agitur vt reparationes fiant hec Grego. Pius em̃ ꝙ miseri coꝛs dominus etiã ĩdignos nos ob peccati prauitatem soꝛdidos nõ dereliquet. si nostra peccata humiliter ꝙ veraciter cognoscimus confitẽdo teste beato Grego. qui dicit. Nũqꝫ mẽtem deus deserit. se que ĩ peccatis veraciter agnoscit hec ille. Nam qui veraciter se recognoscit pecca sse. etiam dolet et penitet se deum offendisse. Et benignus dominus a remissione peccatoꝝ se cõtinere nõ poterit. vbi penitẽtiaꝫ veraꝫ in hoĩe esse aspexit. Oñ beatus Bernardus. Ad veram ogitationem peccatoꝝ ĩmediate sequitur penitentia. ad quaꝫ fine vllo intervallo subiungitur remissio. nam qui vere cognoscit malum. quod ex peccato incurrimus a penitentia se non poterit continere. multominus deus cui ꝓprium est misereri semper et parcere atemissione se continet. vbi viderit penitentiam veram. hec Ber. Cõsiderantes autem pietatem tantam et misericordiam dei. nullus negligat post perpetrata facinoꝛa remedium penitẽtie et ꝓfessiõis subire. vt salutem anime sue assequi valeat et veniam peccatorum obtinere. Filius

De cõfessione ꝙ eiꝰ effectib⁹ ac virtute plurima audiui. ꝙ cum gaudio cordis mei suscepi. sed qualis dẽat eẽ cõfessio. de hoc rogo informari. Capitu. V Pater

Dire debes qõ

ad ꝓfessiõez verã ꝙ salubrẽ hec requirũt Primo vt humilis sit Ois ber. Omnia que remoꝛdẽt ꝓsciẽciã ꝓfitere humiliter pure ꝙ fideliter. Et eccle siastici dicit p̃sbitero humilia animã tuã. Et leꝛosus de quo habet in marco qui significat peccatoꝛẽ veniẽs ad Jhesũ flexo genu dixit Domine si vis potes me mũdare vnõ vnusquisqꝫ cũ sua humilitate currat ad remediũ cõfessionis A Itẽ ꝓfessio ds esse verecunda in vilitate peccati. Undelu ce xviij. Publicanus stãs a lõge nolebat ad celos oculos leuare sz pectus ciebat pectus suũ. dicẽs deꝰ ꝓpicius esto mihi peccatoꝛi. naz ficẽ deo multũ displicet ĩpudentia hoĩs peccãtis sic placz sibi verecũdia ꝓfitẽtis testatur hec. gre. ꝙ sic di. Quantũ displicz

deo impudētia tantum placet ei erubescētia peccatoꝝ. Et quāuis verecūdia fit habēda in confessione tamen nihil est celādum eoꝝ que homo neq; ter ꝓmisit ꝓpter talē erubescentiā Ad hoc hortatur nos .beatus Bernhardꝰ sic dicēs. Erubesce peccatū sed tamen totum reuela.in confessione'non abscōdas. Sūt em̄ qui ꝓfitēdo quasi fabulā enarrāt peccatoꝝ suorū hystoriam ⁊ egritudies anime sue fine cōfusione dinumerant . ⁊ pene sine penitentia ⁊ affectu doloꝝ.cito em̄ lacrimas inuenit ⁊ resoluitur in lacrimas et gemitus q̄ habet sensū doloris hoc Bernhardus. Ad erubescentiā vero pellendam multū valet timor verus dei. qz timor dei ꝑfectus omnē verecundiā ab hoīe repellit nā propterea vult deus vt ꝓfiteamur peccata nostra vt pariamur verecūdiā ꝑ pena. De hoc dicit crisostom? sic. Cōfessio igit̄ peccatoꝝ testimoniū est ꝓfessionis deum timentis. Perfectus em̄ timor soluit omnē pudorē ⁊ qz ipsuz erubescere est pena grauis iō iubet nos deus peccata nostra confiteri vt verecundiā patiamur ꝓ pena.nā ⁊ hoc ipsum ꝑs iudicij est. hec Crisostomus Ista nāq; erubescētia que habet̄ peccatorum confessionem magnaꝑs penitētie et satisfactōis est. testāte beato Augustino qui dicit. Erubescētia in confessione est maxima ꝑs penitētie. multū em̄ satisfactiōis abstulit. q̄ erubescentie sue dominās coꝝ que deliquit nūcio dei nihil denegauit hec. Augustinus. Itē confessio debet esse pura scz ꝓpter deum hominū aut vanam gloriam seu aliud emolimentū temporale. Hanc vi. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis coram hominibꝰ vt videamī abeis. Pura ergo erit confessio sine omni fictōe ⁊ timore nō seruili sed filiali. Item ꝓfessio dz esse fidelis. qz ꝓfitendū est sub spe venie ⁊ salutis aliter non valeret. sicut ꝑña chayn qui dixit maior est iniquitas mea q̄ vt veniā mereat Ad hoc hortat beatus ber. dicens Sit ꝓfessio tua fidelis vt ꝓfitearis in spe. de indulgentia penitus nō diffidēs vt tuo te ore nō tam iustifices q̄ cōdemnes. Judas certe proditor dñi: ⁊ cha in fratricida cōfessi sunt ⁊ diffisi sunt Primus peccaui inquit tradens sanguinē iustum. Alter maior est iniquitas mea ⁊c. Licet nil eis profuit infidelis ꝓfessio. Item ꝓfessio dz esse vera ⁊ nō tacens verū. nec admiscēs falsum etiā humiliatis ne menciendo dicēs non verū incidat in pctm̄. Vñ beatus aug. Cū humiliatis causa mentiris. si non eras pctor anteq̄ mētireris :mētiēdo efficieris. Et btūs greg. Incaute sunt humiles. qui se mentiendo illaqueādum arrogantiā vitāt. qui ꝓtra veritatē se erigunt. quā derelinquūt. Itez cōfessio dz esse freq̄ns dupliciter intelligendo. primo si quis freq̄nter ceciderit etiā in pctm̄ mortale. etiā freq̄nter resurgat ꝑ pñiam. Alio modo vt etiaz eadē peccata ꝓfiteatur non tñ tenetur quis nisi in certis casibꝰ vt patebit infra quia quanto aliquis pluribus turpitudinē suam sub spe venie cōfessus fuerit tanto potiorē gratiā remissiōis cōsequetur a dño. vnde aug. Quanto pluribus cōfitebit̄ quis sub spe turpitudinis crimīs .tanto facilius conseq̄tur gratiā remissiōis. Itē cōfessio dz esse apta. dz em̄ peccatoꝝ confiteri noībus non palliantibꝰ crimē sed q̄libz pctm̄ suo nomīe ꝓpio quantumcunq̄ turpe exprimat ⁊ nō solum peccata ipsa sed ⁊ circūstantias quantūcūq̄ turpes vel abhominabiles ⁊ sic tota sanies apostematis expellatur. Unde psal

misia. Reuela dño viam tuã ⁊ ipse faciet hoc. Reuela inquã peccata nude ꝓfitendo ⁊ ipse faciet venią crimibus tribuẽdo. Item debet discreta esse premeditata. ſ. vt districte ac ſepatim cõfiteatur ſingula pctã nõ ꝓfuſe. iuxta illud. Lauabo p ſingulas noctes lectuꝫ meũ. i. p ſingula pctã ꝓſcientiam meã Et illud. Iniquitatẽ meaꝫ annũciabo et cogitabo pro pctõ meo. Item cõfeſſio debet eſſe libens ſiue voluntaria non coacta ſic ꝓfeſſio achab qui venią meruit vt habet̃. iij. regũ. xxj. vñ ps. voluntarie ſacrificabo tibi ⁊ ꝓfitebor. Et beatus aug. Adhuc deus exigit ꝓfeſſionem vt liberet humilem damnat nõ ꝓfitentem vt puniat ſuppbientẽ. Item ꝓfeſſio debꝫ eſſe integra vt omia pctã dicant̃ nõ diuidendo inter diuerſos ſacerdotes. ſed omi omnia dicenda ſunt. Deus ſummie bonus. opus impfectiõis ideo nõ amat. aut totum hominẽ ſaluat aut nihil. Unde aug. Caueas ne verecũdia ductus diuidas ꝓfeſſionẽ. Item ꝓfeſſio debet eſſe ſecreta. quia nõ debet pro dere in publicũ niſi publice quis peccauerit. Unde beda ſup marcuꝫ. publica noxa publico eget remedio. leuia emꝫ et ſecreta poſſũt delert leui penitentia et ſecreta. Item ꝓfeſſio debet eſſe lacrimoſa ſiue amara. Uñ yſaias. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Item ꝓfeſſio dꝫ eſſe prompta ſiue obediens. ſ. vt totaliter ſe ſubdat voluntati ꝑlati ſacerdotis. Unde btus augu. Ponat ſe penitens omio in ptate iudicis in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruando ſui vt omia iubẽte eo patus ſit. pro recipiẽda anie vita facere quecũq; faceret pro euitenda corpis morte. ⁊ hoc cũ deſiderio. quia vitã recuperat infinitã. cũ gaudio eã facere dꝫ imortalis futurus. hoc augu. q̃ faceret ꝑ differẽda morte morituruꝫ. ꝓfeſſio debet eẽ accuſatoria vt dicat ſe ꝓmiſiſſe pcm ⁊ ex ꝑuia malicia accuſando ſe fortiter nõ pretẽdẽs excuſatões in peccatis ſicut primi parentes. nam ſm ſalomonẽ. Juſtus in principio accuſator eſt ſui. Qui enim mõ ſe nõ accuſat coram ſacerdote deinde cario. in futuro habebit accuſatores deũ. propriã ꝓſcientiã. dyabolum. peccata. ⁊ totum mundũ. quia pugnabit orbis terrarũ ꝓtra inſenſatos. Qui vero mõ ſe accuſat a deo erit accuſatus. Item ꝓfeſſio debet eſſe ſimpler nõ recitando ea que ad rem nõ pinent. ſed ſimpliciter dicendo. de quibus ſibi eſt ꝓſcius. Unde ꝑ yſaiaꝫ dr. Narra tu q̃d habes vt iuſtificeris. Item ꝓfeſſio dꝫ eſſe propria vt petr ſemetipſum tantum accuſet ⁊ nõ aliũ. pſalmiſta. Dei vitam meã annũciaui tibi alias ſi crimen alterius diceret nõ eſſet corrector illius erroris. ſed proditor. Item cõfeſſio debet eſſe fortis vt vincat omnẽ timorẽ ⁊ pudorẽ. Uñ eccliaſti. Fili mi nõ ꝓfundaris ꝓfiteri peccata tua. beatus augu. Laborat mens patiendo erubeſcentiam ⁊ q̃m verecũdia eſt magna pena. qui erubeſcit pro criſto ſit dignꝰ venia. Item vltimo ꝓfeſſio dꝫ eſſe accelerata ſiue feſtina. Uñ ſapiens. Ne tardes ꝓuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diẽ. Debet ergo quiſq; feſtinare ad ꝓfeſſionem ꝓter quiq;. Primo ꝑter incertitudinẽ hore mortis. Luce. x. Veniet dñs ſerui illius i die qua nõ ſperat: ⁊ hora qua neſcit ꝑtemq; cum infidelibus ponet. Item diuini ꝓmittenti ſibi longã vitã dictuꝫ eſt ſibi te hac nocte repetent aiam tuã. Sed eſt feſtinandũ. quia morans in peccatis accumulat peccatum peccato ⁊ per conſequens penam pene. Unde in apocalipſi dicit. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Et beatus greg. Pecca-

lo estis. Et statim subiungit causam quare dicens. Et desideria patris vestri vultis facere Desiderium enim mali ligni spūs est. vt mortaliter peccando a deo recedamus ⁊ eius mēbra siue filij efficiamur. qz totiens quisq; ex diabolo nascit siue venerat vel adorat eum quotiens mortaliter peccat. Hoc affirmat beatus ihēronimus sic dicens. Totiens ex diabolo nascimur. quotiens mortaliter peccamus. Iterū dicit. Totiens diabolo genu flectimus quotiēs peccamus ¶ Et notandū q; omnis qui iuste ⁊ religiose viuit ē equus dei in quo sedet. quē regit ⁊ ad se pducit. Sic omnis puersus ⁊ vitiosus est equus diaboli cui p̄sidet. quē etiam ad perditōem ducit. De quo dicit beatus gregori. sup cant. exponens illud Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea. id est dum tu esses in curribus pharaonis. dū adhuc operib; dēmoniacis deseruires p̄destinatōe ego te equitatui meo assimilaui. Omnes eī qui luxurie. auaricie. superbie. inuidie ⁊ fallacie deseruiunt adhuc sub curru pharaonis sunt. id ē sub regimine diaboli Omnis vo qui in humilitate. in castitate. in doctrina ⁊ in caritate feruet. iam equus effcūs est creatoris sui. iam in curru dei posi tus est. iam sessorē habet deum. Unde cuidā cui p̄sidebat dominus dr. Dum rum est tibi ptra stimulum calcitrare Calcitrare nō potes. iam tibi ego p̄ce fideo. hec greg. Et sicut a mine virtuose ꝓpter vite sanctimoniā sunt habitatō siue locus dei in quib; libenter pausat sic corda peccantiū ⁊ male viuentium sunt locus diaboli in quib; requiescit Quod plat beatus greg. sup ezechie. tractans illud verbū. benedicta gloria domini de loco suo sic dicit. Ibi inhabitat deus vbi vera pax querit ⁊ inter ne ꝓtemplationis gloria amat. Nam qui ad puersitatem defluunt locus dei esse ꝓtemnunt. Locus glorie dei est vel sancta quelibet anima vel vnusquisq; in celestib; permanens angelicus spūs. ⁊ gloria domini de loco suo benedicit cum vel ab electis hominibus vel a sanctis angelis autori omniū laus eterna cantat. Locus aūt maligni spūs sunt corda peccantiū. sed cū sibimetipsis irati p̄ penitentiā redeunt ad vitā glorie domini locus fiunt. iam enim ptra se erigunt. iam penitentie lacrimis insequunt mala que ꝓmiserunt. Nū corda penitētiū fiūt iā dño locus suus. q̄ prius in peccatis posita fuerant locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis ad dñm ꝓuertunt non solum delent lacrimis peruersa que fecerunt. sed etiā meritis operib; ad alta ꝓficiunt. vt habitaculū omnipotentis dei fiant. hec greg. De hoc etiam hugo de sancto victore dr. In illis mentib; dyabolus pulsat que intus a calore diuini amoris frigore. foras aūt in flura carnalium voluptatum delectatione gaudent. ⁊ que p̄inde amaritudo secutura est non p̄uidēt. hec hugo. ¶ Et notandum q; antiquus hostis diabolus etiam bonorum mentes nonnunq; ingreditur illicita suggerendo ⁊ diuersis temptationib; fatigando. sed in eor corib; morari non permittit. qz immundis cogitationib; iustor animus viriliter reluctat In reprobor vero corib; malignus spūs ingredit ⁊ morat. qz p̄auas cogitationes quas ille suggerit libenter suscipiunt. ⁊ sic tales ad ꝓsensum peccati ac etiam ad opus puersum perducunt. ⁊ ideo ꝓpter hoc in eor corib; dyabolus ingrediendo dominat Hoc tangit beatus greg. xxvij. moral. exponens illud dictū. Ingredietur bestia lati bulum suum. ⁊ in antro suo morabit.

fic dicens. Quis alius noīe bestie nisi hostis antiquus accipit. Qz notandū magnopere est q hec bestia non soluz antrum suū ingredi sed in eo morari prohibet. Aliquando em etiam bonoz mētes ingredit. illicita suggerit. temptationib fatigat. rectitudinem spūs ad delectationem carnis deflectere conatur. delectationē quoq ad consensum producere nitit. sed tñ resistente superno adiutorio pualere prohibet. Aliqñ ergo intrare mentes bonoz potest. sz in eis morari nō potest. qz cor iusti huius bestie antrum non est. Quos em quasi proprium antrū possidet. eoz mentes proculdubio immorans tenet. qz in eis cogitationes ad iniqua desideria et desideria vsq ad nequissima opera producit neq em student reprobi suggestiones eius. recta iudicij manu repellere. cuius voluptatib apperunt subita delectatione seruire. cumq in eoz cordib prauū quid orit. mor pstudium delectationis nutrit. et cū sibi minime resistitur. ptinus ad consensum roborat. statimq consensus ad opus ducitur. opus vo consuetudine granat. Recte ergo in antro morari suo hec bestia dr. que taz vin cogitatōnes reprobor nutrit. quousq eoz vitam etiam aculeo praui operis pforet. vnde bene ad iudeam per pphetam dñs dr. Quousq morabunt in te cogitationes nocie. neq em reprehendit. cur veniant. sed cur morantur. Et in bonoz cordib cogitationes illicite veniunt sed tamen morari prohibentur qz recte quisq ne captiuandam domum conscientie prebeāt. ab ipo cordis limine hostem fugant. qz et si quando repentinis suggestiōibus vsq ad primū vestibulum surrepit. ad consensus tamē ianuaz nō ptingit hec greg. Sūt etiā et alia pter q mortalia pcā sunt vitāda videlicet pter correptionē Propter reprobationem. et pter eternam damnationē. Soler namq dominus pter peccata admissa etiam suos electos in hac vita multipliciter punire eis multas tribulationes immittendo vt per hoc purgent a suis delictis Itē nōnullos ds omnipotens pter suas prauitates. qz ab his cessare nolūt soler dare in reprobum sensum. ac in obstinationez cordis irrevocabiliter tradere. Item multi pter puersam vitaz quam ducūt et carnalia delectamenta que cito ptranseunt eterna tormenta et damnationem incurrunt. que finez habere possunt. Ista tangit richar. de sancto victore sic dicens. Quis enim est tā effrenatus. qui non studeat conscientias malas refrenare si diligenter attendat memoriterq retineat q soleat dominus in quibusdā electis suis malas delectatōnes in hac vita septuplum punire. Et quisquis non pertimescat. puersis consuetudinib pertinaciter insistere. quis re non festinet prauum vsum carnis citius corrigere. cuz audiat quosdam in hac vita in reprobum sensum dari. et in mentis obstinationem obligationēq peccati irremediabiliter tradi Quis etiam tā insensate tā obstinate mentis homo vspiaz poterit inueniri. q nō expauescat et omino abhorreat transitoria carnis oblectamenta tormentis eternis mercari. si diligenter inspiciat. indefinēteri. q attendat q̄z sint modica seu etiā momentanea illa oia carnis delectamēta que ptranseūt et sint īmania q̄z atrocia illa tormenta eterna. q finē non habent. nec habere pñt. hec richar. Ecce ad quanta mala pducunt pcā mortalia. priuant quippe hominem consortio filior dei. efficiunt eum filium diaboli et habitaculuz spiritus maligni et ad extremum tradunt eum eternis penis

inferni. O quanta stultícia ꝙ miseria ẽ ꝓpter voluptates carnís ꝙ terrena desíderia, ꝑpetua gaudia perdere ac eterna tormẽta incurrere. De hoc richardus de sancto victore ficdicit Quis digne ꝓpelꝛndat, quis explicare sufficiat quanta sit stultícia, q̃ infinita miseria summa bona sponte deserere, infima bona auide querere, eterna gaudia fastidire, transitoria ardenter ꝓcupiscere, ꝑ periturís premia infinita pati, ꝙ mala eterna incurrere

Filius.

Heu quanta mala vt ex predictis audio ipsa pctã ꝙ carnales voluptates inferunt hominibꝰ vnde deside ro vt de predictis capitalibꝰ siue moralibꝰ ꝙ eoꝝ circumstãtíjs, aut quõ vel per quem modũ primo oriantur ipa pec cata velis me informare.

Ca. III. Pater.

Debes scire qꝺ peccatũ primo oritur siue ꝑpetrat quatuor modis in corde, videlicꝫ suggestione, delectatio ne, ꝓsensu, ꝙ defensionís audacia. Fit autez suggestio per dyabolum, delectatio per carnem: ꝓsensus per spũm, defensioís audacia per elationem. Eisdem etiaz quatuor modis peccatum cõsummat in opere. Primo enim peccatũ latenter agitur. postmodum fine ꝓfusione ante oculos hoim reatus aperit. deiñ ad ꝓsuetudinem vitium ducit. vltimo obstinatõe misere desperationís enutrit. ꝙ quanto diutius quis in vitijs per malã consuetudinem immoratus fuerit tãto debilior ad resistendũ eius animus etiaz si voluerit existit. qꝝ quot vicibꝰ praue actionis vsu astringit. quasi tot vinculis ligatur. Ista ꝓmemorat beatus gregorius. iij. moza. sic dicens. Quippe quatuor modis perpetrat peccatum in corde. quatuor ꝓsummat in opere. In corde namq̃ suggestione. delectatõe, consensu, ꝙ defensionís audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium. delectatio per carnẽ. ꝓsensus per spũm. defensionís audacia per elationem. Culpa eñ que tenere mentez debuit extollit ipsam ꝙ deijciendo eleuat sed grauius eleuando supplantat. Unde ꝙ illam primi hoís rectitudinez hostis antiquus bis quatuor ictibꝰ fregit nam serpens suasit, eua delectata est, adam ꝓsensit, qui requisitus ꝓfiteri culpam per audaciam noluit. Hoc vo in humano genere quotidie agit qꝺ actũ in primo parente nostri generis nõ ignorat. Serpens suasit, qꝝ occultus hostis mala cordibꝰ hominũ latenter suggerit, eua delectata est, qꝝ quasi carnalis sensus ad verba serpentis mox delectationi se substernit, assensum vero adam mulieri ꝓpositus ꝓbuit, quia dum caro in delectatõe rapitur, etiã a sua rectitudine spũs infirmatus inclinatur. Et requisitus adam culpã ꝓfiteri noluit, qꝝ videlicet spũs quo peccatoꝝ averitate disiungit, eo in ruine sue audacia nequius induratur. Eisdẽ etiam quatuor modis peccatuz ꝓsummatur in opere. Prius namq̃ latet culpa agitur postmodũ ante oculos hominũ fine ꝓfusione, reatus aperitur, dehinc ad ꝓsuetudinem ducitur, ad extremuz quoq̃ vel falsi spei seductionibꝰ vel obstinatione misere desperationís enutritur. Hos itaq̃ modos peccati qui vel in corde latenter fiunt vel patenter in opere perpetrant beatus iob ꝓfiderãs ait. Quare non in vulua mortuus sum Vulua quippe peccati est hominis culpa latens, que occulte peccatorem ꝓcipit, ꝙ reatum suuz adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non statim perij. At vulua exitur ab vtero cum

pccatoꝝ que in occulto ꝓmisit hec etiã in aperto ꝓmittere non erubescit Quare exceptis gemibꝫ. quia nimirum cum pccatoꝝ iam de iniquitate sua nõ confundit. in iniquitate eadem etiam aminiculis pessime ꝓsuetudinis roborat. Quasi gemibꝫ pctõꝝ fouet vt crescat. dum culpa ꝓsuetudinis firmat vt viuat Cur lactatus vberibꝫ. Quia dũ prodire culpa in vsum ceperit. nimirũ vel falsa spe diuine mie. vel apta miseria desperationis pascit. vt eo nequaq̃ ad correctionem redeat. quo vel factorem suum pium sibi inordinate stimulat vel hoc qõ fecit inordinate formidat. Et notandum q culpa cũ in vsuꝫ venerit ei aĩmus etiam si appetat. debilis resistit qz quot vicibꝫ prave frequẽtationis astringit. q̃si tot vinculis adhmentem ligat Sciendum quoq̃ est q illi tres modi peccantiuꝫ facilius corrigunt. quartus vero difficilius emendat. Unde et redemptor noster puellam in domo. iuuenem extra portã de sepulcro aũt lazarum resuscitauit Adhuc quippe in domo mortuus iacet. q̃ latet in peccato. iam qua extra portaꝫ educit. cuius iniquitas vsq̃ ad verecũdiam publice ꝑperationis apit. Depulture vo aggere ꝓmitur. qui in perpetratione nequitie etiam vsu ꝓsuetudinis grauat sed hos ad vitam miseratus reuocat. qz plerũq̃ diuina gratia non solum in occultis. sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos et mole prave ꝓsuetudinis pressos respectu sui luminis illustrat Quartũ vero mortuũ redemptor noster nũciante discipulo agnoscit. nec tñ suscitat qz difficile est valde. vt is quez postvsum male ꝓsuetudinis etiam ad vltimũ adulantium lingue excipiunt a mentis sue morte reuocetur de quo et bene dr. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui mortuum sepeliunt. cum pccatores pccatorem fauoribꝫ premunt. Quid enim est aliud peccare q̃q̃ occũbere. sed qui peccantem laudibꝫ prosequuntur extinctum sub verborum suorum agere abscondunt ¶ Difficile emendat peccatum. quod linguis prauorum hominum nutrit. hec gregorius Unde vigilandum est vt sensus exterior maxime visus ab inordinato intuitu custodiat. et cogitationes illicite primo cordi aduenientes valde necessarium est vt restringant. qz ex bis duobꝫ videlicet inordinato visu et malo cogitatu omne peccatum oritur babet. Nam cũ visus inordinatus non refrenat oritur exinde carnalis et illicita cogitatio. ex cogitatione vero cũ ei non resistit generat delectatio. ex delectatione ꝓsensus. ex ꝓsensu puersus opus. deinde sequit mala ꝓsuetudo peccandi et obstinatio in opibꝫ prauis. q̃ tandẽ ꝓducũt ad desperationẽ Nec proprie bat beatus greg. tractãs illud vbũ Deculus meus dẽpdatus est aĩam meã sicdt. Visum sequit cogitatio. cogitationem delectatio. delectationẽ ꝓsensus. ꝓsensum opatio. opationẽ ꝓsuetudo. ꝓsuetudinem necessitas. necessitatem obstinatio. obstinationem desperatio. desperationem eterna damnatio. Nec gregorius. Periculosum ergo multũ est non refrenare in principio temptationis sensus suos ab illicitis spectaculis et cora cogitatõibꝫ noxijs. sed nequissimum est mortaliter peccare. suꝫ oĩa hec peius est ꝓsuetudine peccãdi facere. qz valde difficulter prave ꝓsuetudini repugnat Uñ ysidorus. Cogitatio prauã delectationẽ parit. delectatõ ꝓsensum. ꝓsensus actionẽ. actio ꝓsuetudinẽ. ꝓsuetudo necitatẽ Sicq̃ bis vinculis hõ implicatus q̃daꝫ catẽa vicioꝝ tenet. itavt ab ea euelli nequa

ℜ valeat. nisi diuina gra manū iacen
tis apprehendat. vnde nequissimū est
peccare. sed prius est ꝯsuetudinem pec
candi facere. ab illo facile est recedere
ab hoc cū labore resurgit cum male cō
suetudini repugnat. Habemus igitur
ex iam dictis quib modis oꝛit aut ꝓ
petrat peccatum.

Capitulum .IIII. G

Hunc aūt videndum est de peccatis capitalib seu mortalib ⁊ circūstantijs eoꝛundē
Peccata siquidē mortalia siue capita
lia septē sunt in numero. videlicet su
perbia. ira. accidia. auaricia. gula. in
uidia. luxuria. que infinita mala cōfe
runt ꝯmittentib ea. De hoc dicit hu
go de sancto victoꝛe. Septem capita
lia sunt vitia. videlicet superbia. ira. in
uidia. accidia. auaricia. gula. luxuria.
Ex his tria hominem expoliant. nā su
perbia aufert homini deū. inuidia ꝓxi
mū. ira seipsum. Quartū vero spolia
tum flagellat. quintū flagellatū efficit.
sextum eiectū seducit. septimum sedu
ctum seruituti subiicit. Anima enī ratō
nalis in sanitate sua vas est solidū ⁊ in
tegꝝ nullam habens coꝛruptōem. quā
vitia venientia in eā hoc modo vitiant
⁊ coꝛrūpunt Per superbiam inflat. ꝓ
inuidiā arescit. per iram crepat. per ac
cidiam frangit. per auariciam dispgi
tur. per gulam inficit. per luxuriā con
culcat ⁊ in lutum redigit. hec hugo.

ℜ Et notandū ꝙ vnum peccatū
nascit ab alio qđ sic apparet. Superbia
qꝛvult omnes precellere volet si aliqs
ei equat. ⁊ sic ex ea nascit inuidia In
uidus vero qꝛ de facili irascit ei cui in
uidet. ideo ex eo nascit ira. sed ira cuꝛ
se non ꝓvindicare tristat. ideo ex ira
nascit accidia. Accidia vero ꝯsolatōeꝫ
querens facit auaꝝ. Auarus aūt qꝛ in
tpalib abundat. magis exercere pōt
gulā. Gula vero pventris repletōnem
de facili spumat in libidinē ⁊ ita gene
rat luxuriā. Ecce quōvnum vitiū moꝛ
tale nascit ab alio Sed nōnulli docto
res dicunt ꝙ ex superbia primo nascit
inanis gloria. ex inani gl'ia inuidia. ⁊
sic vitia subsequntia ꝓut supꝛa positum
est. Unde per quendā sic dꝛ. Ex superbia nascit inanis gloria. Superbus enī
vult ab oīb laudari vt possit ab om
nib honoꝛari. Ex hac aūt inuidia na
scit. qꝛ dū laus appetit eadem alīs in
uidet Ex hac itep ira. qꝛ dum mēs ex
aliena felicitate coꝛquet. necesse est vt
oculus mentis per iracundiā turbetur.
Ex ira aūt accidia. qꝛ dū mens inoꝛdi
nate turbat omne bonū in fastidiuꝫ ei
vertit. Ex accidia vero auaricia. quia
dū turbata mens est tristis ⁊ nullā in
terius ꝯsolatōem sentit. foꝛis eā in ter
renis per auariciam querit. Ex avari
cia vero gula qꝛ qđ ꝯgregauit auaricia
gula depascit. vñ dites solēt ee gulosi
sicut ille qui epulabat quotidie splen
dide. Ex gula aūt luxuria. qꝛ venter ⁊
genitalia vicina sunt. Per vicinitateꝫ
membꝛoꝝ sequit ꝯfederatio vitioꝛuꝫ
Ex his itaqꝫ vitijs sibiꝝpsis ꝯnexis ꝗ
cathena ꝯficitur qua pctōꝛ ligatus ad
infernum trahit. hec ille. Beatus etiā
grego. faciens mentionē de eisdē moꝛ
talibus peccatis similia sentit. adiun
gens quasdam deceptōes quas predi
cta vitia suggerūt mēti ad seducendā
eā atqꝫ peruertendaꝫ. Ulā de hoc. xxxj
moꝛal. exponens illud. Exhoꝛtationē
ducum ⁊ vlulatuum exercitus. sic di
cit. Temptantia quippe vitia que ꝓ in
uisibile contra nos prelium regnanti
super se superbie militāt. alia moꝛe du
cum preeunt. alia moꝛe exercitus sub
sequunt. neqꝫ enī culpe oēs pari acces
su coꝛ occupant. sed dum maioꝛes et

pauce neglectam mentem preueniunt minores etiã in numero ad illam se ca teruatim fundũt. ipa namq; vitioꝝ regina superbia. dum victũ coꝝ plene ce perit. mox illud septem pncipalib vicijs quasi quibusdã suis ducib bella standum tradit quos videlicet duces exercitus sequit. qz ex eis ꝓculdubio importune vitiorum multitudines oriunt. Qđ melius ostendemus. si ipos duces spãliter vt possumus enumerando ꝓferamus. radix quippe cũcti mali superbia est. De qua scriptura testãte dr. Initium oĩs peccati superbia Prime eius soboles septem nimiꝝ pncipalia vitia. de hac virulenta radice ꝓ ueunt. s. inanis gloria inuidia ira tristicia auaricia. ventris ingluuies. z luxuria. nam qz his septem victijs nos ca ptos doluit. idcirco redemptor noster ad spũale liberationis nostre prelium spiritu sempternorum gratie plenus venit. Ex his quib videlicet septem quĩq; spiritualia. duo quoq; carnalia sunt. sed vnũquodq; eoꝝ tãta sibi cognatione iungit. vt nisi vnum de altero ꝓferat. prima namq; superbie soboles est inanis gloria. qz nimirum. dum vani nominis potentiaz appetit. ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit Inuidia quoq; iram parit. z quanto interno liuoris vulnere animus sauciat. tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittit. ex ira quoq; tristicia oritur qz turbata mẽs quo iocundiate se ocurrit eo adũcieꝺo se ofũdit z cũ dulcedinez tranquillitatis amiserit nihil hanc nisi ex perturbatiõe subsequens meror depascit. tristicia quoq; ad auariciã vertitur. qz dũ ofusum coꝝ bonuz leticie in seipso intus amiserit. vnde ofolari debeat foras querit. z tanto magis exteriora bona adipisci desiderat. quanto gaudium nõ habet. ad qđ intrinsecus recurrat. post hec vero duo carnalia vitia. i. ventris ingluuies. z luxuria sunt. Sed cũctis liquet ꝙ de ventris ingluuie luxuria nascat. dũ in ipa distributione membroꝝ ventri genitalia submixta esse videant. vnde dũ inordinate reficit venter aliud ꝓculdubio ad ꝓtumelias excitat. Bene aũt duces exercitus dicti sunt. exercitus vllulare qz prima vitia decepte mẽti quasi sub quadã ratione se inserunt. sed innumera que sequunt dum hanc ad omnem insaniam ptrahunt. quasi bestiali clamore ofundunt. Inanis aũt gloria victũ coꝝ q̃si ex ratione solet exhortari cuz dr. Debes maiora appetere. vt qua potestate valueris multos excedere ea etiam valeas z pluribꝫ ꝓdesse. Invidia quippe victum coꝝ q̃si ex ratione solet exhortari cuz dr. in quo illo vel illo minores. cur ergo ei equalis vel superior non es. quanta vales. que ipsi nonvalent. nõ ergo tibi aut superiores esse. aut etiã equales debent Ira etiam victũ coꝝ q̃si ex ratione solet exhortari dicens. Que erga te agunt. equanimiter ferri nõ possunt. Necimo patienter tolerare peccatũ est. qz z si non eis cũ magna exaspiratione resistit. contra te deinceps sine mensura accumulant. Tristicia quoq; coꝝ. quasi ex ratione solet exhortari cum dr. Que habes vnde gaudeas cum tanta mala de proximis portas. perpende cuz quo merore omnes metuendi sunt. qui intanto contra te amaritudinis felle ardentur Auaricia quoq; coꝝ quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. valde sine culpa est. ꝙ quedam habenda cõcupiscis. quia multiplicari non appetis. sed egre pertimescis. z quod male alius retinet. ipse melius expendis Ventris quoq; ingluuies victum coꝝ quasi ex ratione exhortari solet cuz

dicit Ad esum dns mundo omnia ꝺdi
dit. ⁊ qui bono cibo saturari respuit.
quid aliud ꝯ munere ꝺcesso ꝺtradicit
Luxuria vero dnictū cor quasi ex ratō
ne solet exhortari cū dicit Cur te in vo
luptate tua modo non dilatas. cuz qō
desideris expēdere debes. qz ꝯcitius
pertranseat ignoras Si ei misceri de
us hoīes involuptate coitus nollet. in
ipso exordio humani generis masculū
et femināz non creasset Hec est ducū
exhortatio. que dū incaute ad secretuz
cordis admittit familiarius iniqua p
suadet. quā videliz exhortatōem exer
citus vlulans sequit. qz infelix anima
semel principalibo vitijs capta. dum
multis iniquitatibo in infamiā vertitur
ferali iam inanitate vastat. hec grego.

Capitulum V.

POstquaz dictū est de peccatis mortalibo. siue capitalibo in genere. nūc videndū est de vnoquoꝯ vitō seu peccato in specie Et primo de superbia que est regina oīum vitioꝝ videndū est quid sit ℣ Superbia vt ait augu. est peruerse celsitudinis appetitus. Nam sicut ait idem beatus aug. Superbia inuidet omnibo superioribo. s. qz illis non equat. inferioribo ne illi equent ei. paribo. quia ei equant. Unde elatio animi est vitium quo quis pati non vult priorez vel parem. ℟ Dicit autem superbia initiū omnis peccati triplici ratione. Primo ꝓpter causaz que inuenitur in omni peccato. qz in omni pctō inuenit ꝺtemptus dei qui est quedā cā peccati Iste aūt ꝺtemptus est auersio a creatore que in oī pctō ē. vbi ꝓponit bonū ꝯmutabile bono incōmutabili. qz sic sine caritate alie virtutes sunt nihil. ita sine superbia alia vitia nihil sunt. abstra he superbiam ⁊ habebis grām qz deus superbis resistit. humilibo aūt dat grām Secōo qz principiū fuit peccatoꝝ. hoc em in genere peccauit dyabolus in celo. ⁊ primus homo in paradiso. Tercio qz nascunt ex ea alia vitia vt supra dictū est ℣ Sciendū aūt est ꝙ est ꝙ duplex superbia vicz cordis. oris. operis ⁊ habitus. De qua beatus bernar. adiungens quedam remedia sic dicit. Est superbia cordis. superbia oris. superbia operis. superbia habitus. Superbia cordis est. qñ in oculis suis homo est magnus. ꝓtra quam sapiens orat dicens. Extollentiam oculoꝝ meorū ne dederis mihi. Superbia oris vel linguae que ⁊ iactantia dr est qñ homo non solum magna de se sentit sed etiā loquit. Unde ps. Disperdat dns vniuersa labia dolosa. ⁊ linguam magniloquam. Superbia operis est qñ homo quedam superba vt magnus appareat agit. De qua ite ꝓ psal. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Superbia habitus est qñ homo vt glorioſus appareat ꝓciosis se ornat vestibus. Unde apostolus. Non in veste ꝑciosa. ℣ Sunt autem quinꝯ q̄ ad remediuz tam mortifere pestis a domino rationali anime sunt ꝓposita. locus. corpus. temptatio dyaboli. prędicatio xp̄i. ⁊ eius ꝗuersatio. Locus qz exilium. corpus qz oneroſum. temptatio qz inquietat. predicatio christi qz edificat. ⁊ eius ꝗuersatio qz informat. His quasi quinꝯ sensibus deus humilitatem operat in anima. Sicut em anima est vita corporis. ita deus ē vita aīe Et sicut corpus mortuū est qđ per quinꝯ sensus non vegetat. ita anima mortua est que per hec dño non humiliat. hec bern. Et qz vita aīe deus est ⁊ sine gr̄a dei ac boīs opibo aīa viuere non pt. iđo superbia valde fugienda est

ꝙ detestanda.qz ipa est que priuat hoꝫ minem gratia dei.ꝙ effectum boni operis viciat impedit ꝙ interficit. De primo beatus bernardus sic dt. Superbia inuenta ē in me ꝙ declinauit dominus in ira a seruo suo.ergo argumentuz superbie.gratie priuatio est. Subtrahitur enim gratia interdum non pro superbia que iam est.sed que profutura est. nam superbo oculo veritatis non videtur.sincero patet ibi eñ inuenit requiem mansuetus ꝙ simplex vbi dolosus opprimitur ꝙ elatus. De eodem etiaz dicit remigius. Justo dei iudicio omnis ei auferrur gratia diuini muneris qui moribꝫ execrabilis superbie obruitur. ꝙ tumoris. hec remigius. ¶ Dō aūt opus bonum ꝙ virtuosum sit infructuosum ꝙ infectum ꝓptervitium elationis ac superbie. probat hoc bernardus sic dicens Elatum coꝛ durum ꝙ expers est pietatis. ignarum compūctōnis. siccum ab omñi roꝛe gratie spiritualis. Porro elationem fugere super omnia vitia necesse ē. quisquis eñ altum sapit opus eius ꝙ patientia vanum sapit Superbia eñ in pēnitentia vel patientia non committatur Dicit eñ de hoc damascenus. Nulla virtus nulla actio eluceſcere poterit. cui etiā minima scintilla superbie dinoscit inhærere. hec damascenus ¶ Vigilandum est ergo contra vitium supbie qz omnem statum ꝙ condictionem hominuz solet inuadere ꝙ temptare seculares videlicet nouiter ꝓuersos ꝙ etiā iustos. De hoc per hugo. de claustro a mme sic dꝛ. Supbia est que seculares possidet ꝙ retinet. nouiter conuersos vexat ꝙ revocat. iustos vero temptat ꝙ illudit. in secularibꝫ apparz in nouiter conuersis norat. ꝙ in religiosis quando ꝙ latet Insidiatur secularibꝫ. vt in prauo comprehendat opere. Religiosis vero insidiatur per gloꝛiam laudis humane. hec hugo. ¶ Sunt nā qꝫ nonnulli.qui per coꝛdis elationes alios quadam superba cogitatōe despiciunt. Et si aliqñ aliquos exterius venerantur. intus tamen in coꝛdis secreto in sua cogitatione se eisdem preferuntur. ꝙ si habent in se aliquod bonum etiā minimum statim oculos mentis a malis.que prius gesserūt auertunt. ꝙ solum paruum bonū.quod fecerunt tota intentione aspiciunt ꝙ ꝓpter hoc quasi sanctos se existimant. malavero multa in quibꝫ diuersi sunt non agnoscunt De talibꝫ beatus grego. xxxiij. moral. super illo vbo Omne sublime videt sic dicens. Omnes iniqui primorem coꝛdis elati cunctos quos cernunt. supbie fastu despiciunt ꝙ si quando exterius venerañ. intus tñ in secreto coꝛdis. vbi apud se sua estimatōne magni sunt cunctoꝛum sibi viram merituꝫqꝫ postponūt. qz per elatam cogitationem coꝛdis in cuiusdaz se altitudinis arce posuerunt. Quibꝫ bene per ꝓphetam dꝛ. Ve qui sapientes estis in oculis vestris. Hinc etiam paulus ait Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. hinc ad saulem dꝛ nōne cum parvulus esses in oculis tuis. caput tribuum israel constitui Parvulus qppe in oculis suis est. qui in eo qꝫ semetipsum ꝓsiderat. imparem se aliemis meritis pensat. nā qñ grandē se ꝓspicit qñquis. qui se sup aliena merita elatōne cogitatōis extenderat Dauid aūt sciēs dina gra Saul reprobato ad regni gubernacula possidenda fuauit. ꝙ ñ plenqñte aduersario mēte se hūli subiecte nebat. cui dino iudicio se plātū ee nouerat. illi se hūiliter postponebat. cuiꝫ electōis grāz īcōparabiliꝫ se nouerat meliorē Discāt igiꝫ qūo hūiliari primi debeant. q adhuc quo loco apd deū ha

beantur nesciunt. si sic se etiã electi humiliant illis quibꝫ iam se per interna iudicia antepositos ꝛepꝛehendũt. hoc autem ꝓtium electoꝝ semꝑ esse solet ꝙ de se semꝑ sentiunt infra q̃ sunt. Hinc nam q̃ per eundem dauid dicit. Si non humiliter sentiebã ꝛc. Hinc magister gentium suos ammonens discipulos dicit. Superiozes sibi inuicẽ arbitrantes. nam qz iniquus quisq̃ in seriozem se omnẽ quem cogitat putat Econuerso iustus studeat vt superiozes quemlibet ꝓximũ attendat. ac ne dum se alq̃ alter humiliat iret alter in elationem bene vtrãq̃ partem ammonuit dicens. Superiozes sibꝫ inuicem arbitrantes. vt in cogitationibꝫ cozdis ꝛ ego illum mihi ꝓferã. ꝛ vicissim me ille sibi. ꝛ cum ab vtraq̃ parte cozinoze subleuetur. Sed hanc humilitatis formã repꝛobi cognoscere vel tenere ꝓtẽnunt. quia ꝛ si quando humiles se specie tenus ostendunt. humilitatis vim intrinsecus seruare negligũt. quibus sepe accidit vt si quãdo vnũ quod libet bonũ vel minimũ faciunt a malis suis omnibꝫ respectu mentis auertunt atq̃ hoc quod vel extremũ bonuz fecerunt tota intentione semꝑ aspiciant ꝛ ex eo iam se quasi sanctos aspiciãt. oblitiscuntur malozum omniũ que ꝓmiserunt. vmquam tamen tantũmodo boni meõres quod fortassis facere nec perfecte potuerunt. sicut electis euenire solet. vt cum multarum virtutũ gratia polleant. vnuz eos vel tenuissimũ vitium fatigans pulset quatenus tunc ex quadã parte se infirmari ꝛsiderant. De his virtutibus in quibꝫ prevalent se minime extollunt. q̃bꝫ de infirmitate trepidant hoc quo q̃bi fortes sunt humilius seruãt Sepe ergo repꝛobi per hoc ꝙ vnũ vel minimũ bonũ suum incaute ꝓspiciunt. mala multa ꝛ grauia in quibꝫ diuersi sunt non agnoscunt. Et sepe electi ꝓ hoc ꝙ tenuissimũ malũ suum infirmari trepidant. mira dispensatõne agit vt magna bona ad que ꝓuecti sunt nõ amittant. Iusta itaq̃ ꝛ occulta examinis mẽsura dispoit vt iustos ꝛ mala adiuuẽt illos ꝛ bona aggrauent. dũ ꝛ isti ad ꝓfectum boni vtuntur leuibꝫ malis ꝛ illi ad augmentũ mali intument mimmis bonis. Isti quippe inde perfectius in bono ꝓficiunt vnde magis temptant. Illi autem ad maius malũ de ficiunt vnde de bono gloriant. Sic ita q̃ male bono vtit impius. ꝛ bene malo vtitur ꝓbus. sicut sepe ꝓtingit vt alius ex cibo salutifero inordinate sumpto pestem languoris incurrat. alius veneno serpentis in medicamĩe ordinate ꝓfectionis adhibito languoꝝ molestiã vincat Ille ergo qz cibo salutifero vti recte noluit inde perniciose moritur vnde alij salubriter viuunt. Iste autẽ quia veneno serpentis cauteti studuit inde salubriter viuit vnde alij pereunt. Venenũ ergo serpentis non ipsam nequiciã sed suggestionez nequicie dicimus. qz nolentes sepe remitentes temptamur. qd̃ tunc in medicamen vertit cum mens virtutibꝫ erecta circumspectis contra se temptationibꝫ humiliat. Iniqui igit atq̃ ab approbatõne interni examinis repꝛobi dũ quelibet opera faciunt in quibꝫ virtutibus emineſcant. humilitatis sensum penitus ignorant. qz mimꝫ huius leuiathan membra sunt. de quo superna voce dicit. omne sublime videt. hoc gregorius. ¶ Sciendũ quoq̃ est ꝙ alia vitia illas virtutes solũmodo impetunt quibꝫ ipse virtutes destruuntur vt videlicet ira patientiaz. gula abstinentiã. libido ꝓtinentiam expugnant. superbia vero nequaq̃ vnius virtutis

interemptrix est. sed contra oēs virtutes se erigit. vt quicquid illa inuadentē agitur. deo placere non potest. q2 p hoc solum vane glorie seruit. Cuius etiam mentem hec pestis pperit. clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. nam cuncta que ab alijs bene fiunt displicent. et sola que ipe egerit etiam prava placent. Aliena opa semper despicit. mirat semp que ipse p se facit. ipa etiam superbia alios in rebus secularibus alios in spiritualibus pstitutos pfitet. aliter intumescit in infimis et terrenis rebus. aliter summis celestibusq virtutibus. Aliter hoc vitium temptat plures. aliter subditos. prelato nāq suggerit in cogitationibus. q2 solus vite merito super ceteros excreuit eiusq mentē erigit. viles atq inutiles eos qui subiecti sunt ostendit. ita vt nullū iam q̄si dignū respiciat. cui equanimiter loquat. Ut pcta subditorum corda superbia instigat. vt sua acta pfidere fundit⁹ negligant. et semp tacitis cogitationibus rectoris iudices fiant. q2 duz in illo quod reprehendere debeant imprtune respiciunt. in semetipsis qđ corrigant nūq videt. Ista tangit beatus Grego. adiungens etiam quedā remedia pcta. hec. xxiiij. moral. exponens illud. Ipse est rex super omnes filios superbie sic dicens. Scriptū est initiū oīs peccati superbia. Per hanc em̄ ipe leuiathan. i. diabolus occubuit. p hanc sequentes hoīem strauit. eo etem̄ telo salutem nostre immortalitatis ī pectit. quo vitaz sue beatitudinis extinxit. vñ bene superbia radix vitioꝝ eē monstrat. Sic em̄ inferius radix tegit sz ab illa rami extēduntur exterius. ita superbia intrinsecus celat sz ab illa protinus vitia alia pullulāt Intus namq prius ebulit in elatōne qđ foris postmodū spumet in ope Sz q2 occasio de superbie discussione seppe buit. debemus hanc sollicitius subtiliusq discutere atq ad humanas mentes quanta vel qualis veniat. et quibus qualiter surripiat demonstrare. Alia quippe vitia eas solummodo virtutes impetunt. quib⁹ ipe destruunt. vt videlicet ira patientiam. castrimargia abstinentiam. Libido pntinentiaz expugnet. Superbia autem quā radicem oīm vitioꝝ diximus eē nequaq̄ vnius virtutis extinctione pretentam. pcta cūcta aīe membra se erigit. et q̄si generalis et pestifer morbus corpus oē corrumpit vt quicquid illa inuadente agit. etiaz sic eē virtus ostendit. Ut per hoc non deo sed soli vane glorie seruiat. quasi em̄ tirannus quidā obsessam ciuitatem interemit. cū mentem superbia interpit. et quo vitioꝝ quemq̄ ceperit eo in dominio durior exurgit. q̄ quo amplioꝝ siue humilitate agit virtutes eo lacius ista dominat. Quisquis vo in se tirannidem huius pestis captiua mente susceperit. hoc primum damnum patitur. q̄ clauso cordis oculo iudicij equitatem pdit. non cuncta que ab eis bene gerunt displicēt. et sola ea que ipe prave egerit placent. Semper aliena opa despicit. semp mirat quod facit. q2 et quicquid egerit egisse se singulariter credit. et cū in cūctis se transcendere ceteros estimat. p lata cogitationum spacia secū de ambulans. laudes suas tacitus clamat. Nonnūq̄ vo ad tantam elationem mens ducit. vt in eo qđ tumet. etiā p ostentationez loquacis curionis effrenet. sed tāto facilius ruina sequit. quanto apud se quisq̄ impudentius exaltat. Sciendū quoq; ē q̄ ipa hec de qua loquimur elatio. alios ex rebus secularibus. alios vero ex spiritualibus possidet. Alter nāq̄ intumescit auro. alter eloquio. alter infimis et

terrenis rebꝫ. alter ſummis celeſtibus virtutibꝫ vna tñ ⁊ eadem ante dei oculos agitur. Quis ad humana corda vel mens in eoꝝ obtutibꝫ diverſo amictu palliet. nam cũ is qui prius de terrena facultate ſuperbiebat poſtmodũ de ſanctitate extollit. nequaq̃ coꝝ eius elatio deſerit. ſed ad eum cõſueta veniens vt cognoſci poſſit neq̃ veſtes mutauit.

R Sciendum quoq̃ eſt q̃ aliter hec prepoſitos. aliter ſubiectos tentat. Prelato namq̃ in cogitationibꝫ ſuggerit. qꝝ ſolus vite merito ſuperceteros excreuit. ⁊ ſi qua ab eo aliquando bene geſta ſunt. hec importune eius animo obiicit. ⁊ cũ hunc ſingulariter deo placuiſſe inſinuat vt facile ſuggeſtis perſuadeat. ipſa ad teſtimoniũ potestatis tradite retributõez vocat dicẽs Quia niſi omnipotens deus te omnibꝫ his meliorẽ cerneret. omnes hos ſub tuo regimine non diſſet. Eiuſq̃ mẽtem mox erigit. viles aꝛz inutiles eos qui ſubiecti ſunt oſtendit. ita vt nullũ iam quaſi dignũ reſpiciat. cui equanimiter loquat. Unde mox mentis tranquillitas in irã vertit. qꝝ dum cunctos deſpicit. dũ ſenſum vitamq̃ omniũ ſine moderamine reprehendit. tanto ſe ineffrenacius in iracundiã dilatat q̃nto eos qui ſibi ꝓmiſſi ſunt eſſe ſibimet indignos putat. Arꝛogantia ſubditoꝝ coꝝ ſuperbia inſtigat. hoc ſummope agere nititur vt ſua acta funditus ꝓfiderare negligant. ⁊ ſemp tacitis cogitationibus rectoris ſui iudices fiant. qꝝ dum in illo qd reprehendere debeant imporgant nunq̃ vident. Unde ⁊ tanto acrius pereant quanto a ſe oculos auertũt. qꝝ in huiuſ vite itinere offendentes currunt dũ alibi intendũt Et quidem peccatoꝛes ſe eſſe aſſerunt. nec tamen tantum. vt tam noxie in regimine ꝓſone tradantur. ⁊ dum eius facta deſpiciũt dum precepta ꝓtemnunt. ad tantã vſq̃ infamiam deuoluunt vt eũ res humanas curare non eſtimet. qꝝ ei quaſi vite rigore precedunt eſſe ſibi cõmiſſos volent. Sicq̃ dum ꝓtra rectorem ſuperbiunt. etiam ꝓtra iudicia ꝓdigni ſunt. dum paſtoris vitaꝫ dñudicant. ipſam quoq̃ ſapiam cuncta diſponentis impugnant. Sepe autem rectoris ſui dictis preterue obuiãt ⁊ eandem vocis ſuperbiam libertatem vocant. Sic quippe elatio ſe quaſi prorectitudine libertatis obicit. ſicut ſe timoꝛe ꝓ humilitate ſuppoſit. Nam ſicut plerique retinent ex timoꝛe ⁊ tamen tacere ſe exiſtimant ex humilitate. Ira nonnulli loquunt impatientiam elationis. ⁊ dñ loqui ſe credunt per libertatem rectitudinis. Aliquando etiã ſubditi preterua que ſentiunt nequaq̃ produnt. ⁊ hi quoꝛ loquacitas vix ꝓpellitur nonnunq̃ ex ſola amaritudĩe intimi rancoꝛis obticeſcunt. Qui per timoꝛem mentis ꝓvocacitatis ſue verba ſubtrahentes dum male loqui ſoleant prius taceant. quia cum peccantes aliquid de coꝛrectione audiunt. indignãtes etiam verba reſponſioĩs ſuſpendũt Cum his quãdo aſpere agitur. ſepe ad querelevocem de hac ipſa aſperitate ꝓſiliunt. Cũ vero eos magiſtri ſui blande preveniunt. de hac etiã humilitate qua preuenti ſunt grauius indignant ⁊ tanto eoꝝ mens faſtius accenditur. quanto ꝓfideracius infirma iudicat. Dum nimiꝝ qꝝ humilitatẽ que virtutuꝫ mater eſt neſciunt vſum ſui laboꝛis ꝓdunt. etiaꝫ ſi qua bona ſunt que opari videant. qꝝ ſurgentis edificij robuſta celſitudo non figit que nequaq̃ ꝓ fundamenti foꝛtitudinẽ in petra ſolidat. Soli gruine creſcit qd edificãt. qꝝ aĩ molẽ fabꝛice humilitatis fundamẽta

non parant. quos bene ab intimis pro
dimus. si pauca in exterioribꝫ ostēda
mus Cūctis namq; apud se superbis co
gitationibꝫ tumentibꝫ inest clamor in
locutione. amaritudo in silentio. dis
solutio in hilaritate. furor in tristicia.
honestas in ymagine. erectio in sensu.
rancor in responsione. hoc mens sem
per est ad irrogandas ꝓtumelias vali
da ad toleranda infirma. ad obiam pi
gra. ad lacendū vero alios importuna
ad ea que facere debet ⁊ prevalet igna
ua. ad ea aūt que nec debet nec preva
let parata. Ad hoc aūt qđ latenter de
erat querit. vt cogaī qr dum metuit
ex desiderio suo vilescere. optat vim in
ipa sua voluptate tolerare. Igiī qr hu
manos aīmos aliter temptari ex rebꝫ
carnalibꝫ atq; aliter ex rebꝫ spirituali
bus diximus audiant illi Omnis ca
ro fenum ⁊ gloria eius sicut flos feni.
audiant isti qđ quibusdam post mira
bilia dr. Nescio vos vnde sitis. Discē
dite a me omnes qui operamini iniqui
tates. Rursum qr aliter temptari ꝑla
tos atq; aliter subditos ꝑfati sumus.
audiant illi qđ per sapientem dr. Re
ctorem te ꝓstituerunt. noli extolli. sed
esto in illis quasi vnus ex illis. Audiāt
isti. Obedite ꝓpositis vestris ⁊ subiace
te illis. ipi eīm puigilant quasi rōnem
pro animabꝫ vestris reddituri. Audi
ant simul omnes Deus superbis resi
stit humilibꝫ autem dat gratiaz Audi
ant omnes. Immundus est apud deū
omnis qui exaltat cor suuz Contra hu
ius languoris membꝫ audiamus cun
cti. quid in gratia vitas doceat dicēs.
Discedite a me qr mitis sum ⁊ humi
lis corde. Adhuc namq; dei filius for
mam nostre infirmitatis suscepit ad
huc inuisibilis. non visibilis solū sed
etiam despectus apparuit Ad hoc ꝓtu
meliam ⁊ ludibria ⁊ irrisionuz probra
passionū tormenta tolerauit. vt super
bum non debere esse hoiem doceret hu
milis deus. Quāta ergo humilitatis
est virtus. ꝑpter quā solam veraciter e
docendam is qui sine estimatione ma
gnus est. vsq; ad passionem factus est
paruus Quia eīm originem ꝑditionis
nostre se prebuit superbia diaboli. in
strumentum nostre redemptionis in
uenta est humilitas dei. Hostis quip
pe noster inter oīa voluit fieri elatus.
redēptor aūt noster magnus manēs
sup oīa. inter oīa dignatus ē fieri par
uus. Sed melius ⁊ elationis cām de
tegimus. ⁊ humilitatis fundamenta
aperimus. si breuius ꝓmemoratione
pstringimus quid de mortis auctore.
qui de ꝓditore vite dicaī. Ille namq;
dixit. In celum ꝓscendam supra astra
celi exaltabo solium meū ascendā sup
altitudinem nubium ⁊ similis ero al
tissimo. De auctore dr paulus. Cum
in forma dei esset non rapinā arbitra
tus est esse equalem se deo sed semetip
sum exinaniuit formaz serui accipiēs
Ille nihil aliud mentes docet sibi sub
ditas q̄z celsitudinis culmen appetere.
cūcta equalia tumore mentis transcē
dere. societatem oīm hoīm alta elatio
ne trāfire ac sese ꝓtra potentiā creato
ris erigere. Iste autez ad sputa. ⁊ pal
mas ⁊ colaphos ad spineam coronaz
ad crucē ⁊ lanceā atq; ad mortem vem
ens. membra sua admoner dicēs. Si
quis mihi ministrat me sequaī. Quia
ergo redemptor nīa corda erigit hūi
lium. leuiathan iste rex dr superbor. ap
te ꝓgnoscimus. ꝙ euidentissimum re
ꝓbor signum superbia est. at ꝓtra humi
litatis elector. Cū g̃ qđ quisq; habeat
cognoscī. sub quo rege militer inue
nīt vnusquisq; eīm quasi quendā titulū
portat oris. quo facile ostendat sub cu
ius seruiat potestate rectoris. Vñ per

euangelium dr. A fructib eor cognoscetis eos. Ne nos leuiathā istius mē bra mira faciendo fallerent. aptum fignū dominus quo deprehendi valeat ondit dicens. ipse est rex sup omnes filios superbie. Qui q si aliquando ficta spem humilitatis assumunt. semetipsos tñ celare in omnib nequaq ptñt. qr eor superbiam diu latere non sustinent. q cū ex alia tegit ex alia actione denudat. Qui vero sub rege humilitatis militant. semp pauidi atq ex omni latere circumspecti aduersum iacula elationis pugnant. q quasi ictus ventes ictus solum magis in suo corpe oculum custodiūt. dum in semetipsis principaliter humilitatem tuent. hec grego. in moral. ¶ Notandū est etiam q sunt nōnulli qui licet in statu humili sint positi apud se tñ in sua estimatōe magni q superbi esse nō desistūt Hi tales alijs preesse desiderant. adulationes querūt. fauoribus intumescūt. uentura gaudia querunt. De quib dicit beatus grego. xxvij. moral. Multi sunt qui puuli esse despiciunt. vñ contingit vt etiaz in humilitatis loco immanes apud se esse minime desistant. Hos plerum q videmus honorib extolli. voluptatib perfrui rerum multiplicitate dilatari. Hi sepe nihil nisi pgratulant recte viuere negligunt. q recti famā habere cupiscunt. adulationes querunt. fauoribus intumescunt. futura gaudia non querunt. qr qui transitorijs occupatōnib obcecant eterne lucis quanta sit claritas nesciūt. q dū in reb terrenis supbiunt. celestis sibi luminis aditū claudunt. Veritatis ei lumen qd elatis occupatisq mentib abscondit. afflictis humiliatisq reuelatur. hec greg. Tales igit cum ad prelationis honorem puemunt. metū sibi a subditis exigunt. q quasi deus honorari volunt Sed superbi rector toties ad culpā apostasie dilabit quoties p esse hominib delectat. nec etiam ptit culpe numerari que in regiminibus a superbis prelatis pmittunt. qui pviti um ambitionis prelationis culmē sub intrauerunt. ¶ De hmōi superbis rectoribus beatus grego. xxvij. moral. sic dicit. Sepe nouimus q pleriq qui presunt inordinatū metū a subditis exigunt. q non tam pter dominū q p domino venerari volūt Intus enī se tumore cordis extollūt. cunctosq subditos in sua pparatione despiciunt. nec pdescendendo psulunt. sed dominando premunt. qr videlicet alta se cogitatōne erigunt. q equales se illis quib preesse pringit non agnoscunt. Hunc tumorē per pphetam dñs in pastoribus increpans ait. Vos aūt cuz austeritate imperabatis eis q cū potentia. Ipsa enim bona que subditis dicūt dominando potius q p̄sulendo pferunt. qr si quicquid eis videlicet quasi ex equo ejcerent. semetipsos existimāt deiecisse. singularitate enī gaudēt culmis q nō equalitate pditionis. sz hec tumentia corda rector subtiliter dñs pē sat bene ptra eos dr. Qui dicit regia postata. vñ vnusquisq sup rector tortiens ad culpā apostasie dilabit quoties preesse hoīnibus delectat. q honoris sui singularitate letat Sub quo ei fit non psiderat. q q equalib q̄si non sit equalis exultat Unde aūt hec radix vitior pullulat in corde regentiū. nisi ex imitatōe illius qui despectis angelor societatib dixit. Ascendā sup altitudinē nubiū. q similis ero altissimo. Quia vnusquisq rector quoties extollit in eo q ceteros regit. totiens p illa psum supbie a summi rectoris iugo separatur q cū equales sibi subditos despi

cit.eius sup se dominium sub quo oēs equales sunt non agnoscit ⁊ dū domi nando p̄sunt.exemplo sue superbie sub ditos ad impietatem trahūt Ad vitā namq; pietatis ducerent si subditorū oculis hūilitatis exempla mōstrarent Dux est aūt impius.q̄a tramite veri/ tatis exorbitat. ⁊ dū ipe inpreceps ru it.ad abrupta seqñtes inuitat. Dux ē impius.qui p̄tumoris exempla.viaz ostendit erroris Unō necesse est vt is qui p̄est.qui exempla subditis p̄beat. solerter attendat. ⁊ tantis se sciat viue re.quātis p̄esse.ac vigilanter inspici/ at.ne in eo q̄ prelatus est intumescat. ne iura debite potestatis īmoderatius exigat.ne disciplīne ius mutet̄ in vigo rem superbie ⁊ vnde a puersitate subdi/ tos restringere poterat.inde magis in tuentiū cordā puertat Ut Nō aūt debet hoīm ducatuz suscipe.qui nescit hoīes bene viuēdo p̄ire. ne qui ad hoc eligit̄.vt alioz culpas corrigat.q̄d re secare debuit.ipse p̄mittat. hīcinde se ḡ qui p̄sunt circumspiciant vt ⁊ sibi ⁊ subditis viuant.vt ⁊ bonum q̄d faci unt intra sinum mentis abscondant ⁊ tñ ex eo ad p̄fectū seqñtium exempla recte opationis imp̄cianť.vt subdito rum culpas aīaduertentes corrigant. nec tñ per vim eiusdem aīaduersionis intumescāt.vt quedā leuiter correpta tolerent.nec tñ disciplīne vincula ea/ dem lenitate soluanť qua dissoluant ⁊ quedam tolerando dissimilent.nec tñ ea crescere dissimilando p̄mittant.la borioſa sunt ista ⁊ nisi dīna gratia fulti at.ad custodiendū difficilia sunt.Uñ magnope curandū est.vt qui regēdis hoīb⁹ p̄ferť apud se in secretario cor/ dis in cathedra p̄sideat humilitatis cūq; iudicanti ei a ceteris foris assisti tur.vigilanti oculo incessanter aspici at.cui q̄ñq; iudici ipse de his iudican dis assistat. ⁊ quāto nunc ante eū quē non videt sollicitius trepidat.tāto eū cū viderit securioz cernet. Penset er/ go qz qui ad satisfaciendū districto iu dici de sua tantūmodo aīa fortasse vix sufficit. ⁊ ad regendū subditis p̄eest. reddendo rōem tpe iudicij quomodo apud districtū iudicez ille sufficiat vt ita dicam.qui regere tot solus aīmas habet Que nimiz cogitatio si assidue mentem excoquit. omnem superbie tu/ morem premit. ⁊ rectoz quidus tāto iam neq; rex apostata neq; dux impi/ us vocabit̄.quanto ei cogitatiōe soli/ cita potestas que accepta est nō honoz sed onus estimať.nam cui esse iudicē liber.huic tñ iudicem videre non liber numerari eñ culpe nequeunt. que ha/ bende potestatis amore p̄petrant. Tūc solum vero potestas bene regit̄.cū non amando sed timendo retinet̄.que vt ministrari recte valeat.oportet primū vt hanc non cupiditas sed necessitas imponat. Potestas autē nec formidi ne debet deseri.nec ex libidine ample/ cti. Ne in peius quis quasi ex humili/ tate superbiat.dum diuine dispensatiz omis ordinem fugiendo contemnat. aut eo iugum supernī rectoris abiciat quo eum super ceteros primatus regi minis delectat. Potestas ergo cū pci pitur.non ex libidine amāda est.sz ex longanimitate toleranda. vt inde tūc ad iudiciuz salubriter laus sit. vñ nūc ad ministeriū patienter innotescit.hoc greg. X Quō aūt verus p̄latus ac rector circa subditos sibi cōmissos se habere debeat Idem beatus grego. xxvj.moral̄.ſic ōr. Summus iraq; lo cus bene regitur.cū is qui p̄eest vitijs potius q̄z fratrib⁹ dominať Cunctos quippe natura equales genuit .Ut aūt alios ad regendū alios p̄mittať. nō eos natura sz culpa p̄epomit als postponit

A vitijs aũt debent rectores erigi. quo rum etiam causa preferunt. ⁊ cum de linquentes corrigant. sollicite attendant vt per disciplinã culpas quippe iure potestatis feriant. sed per humilitatis custodiã equales seipos fratribꝫ quos corrigant agnoscant. ꝯuis plerumꝫ dignũ etiam est vt eosdẽ quos corrigimus tacita nobis cogitatione ꝑferamus. illoꝝ namꝫ per nos vitia discipline vigore feriunt. in his vero que ipsi committimus neverbi quidez ab aliquo inuectione laceramur. tanto ergo apud deũ obligationes sumus quã to apud hoĩes inulte peccamus. Disciplina aũt nostra subditos tanto diuini iudicio liberiores reddit. ꝙnto hic eoꝝ culpas fine vindicta non deserit. Seruanda est itaꝫ in corde humilitas ⁊ in opere disciplĩa. atꝫ inter hec solleter intuendũ est ne dũ immoderatius custodit virtus humilitatis solet uant iura regiminis. ⁊ dum prelatus quisꝫ plus se ꝯ deceat deiecit. subditoꝝ vitam stringere sub discipline regimine non possit. Teneamus ergo exterius qđ ꝑ alioꝝ vtilitate accepimus Teneamus interius qđ de nostra estĩatione sentimus. sed tñ decenter quibꝫdam erũpentibꝫ signis tales nos apud vos esse ipsi etiaz qui nobis commissi sunt non ignorent. vt de autoritate nostra qđ formident videant. ⁊ de humilitate qđ imitent agnoscant Seruato aũt regimine ad cor nostrꝝ fine cessatõ ne redeamus ⁊ ꝑsideremus assidue ꝙ sumus equaliter cũ ceteris conditi nõ ꝙ temporaliter ceteris prelati. Potestas enim quanto exterius eminet. tanto interius debet premi ne cogitatõez vincat. ne in delectatõem sui animum rapiat. ne iam sub se mens eaz regere non possit cui se libidine dñandi supposuit. Bene dauid regni potentiã regere nouerat. qui elationem eiusdem potentie semetipm premendo vicerat dicens. Dñe non est exaltatũ cor meum. quicꝫ in eiusdẽ humilitatis augmento subiunxit. neꝫ elati sunt oculi mei. atꝫ addidit. Neꝫ ambulaui in magnis. qui adhuc semetipm subtilissima discutiens inquisitõe ait. neꝫ in mirabilibꝫ super me Omnesꝫ etiam cogitationes a fundo cordis exhauriens subiungens ait. Si nõ humiliter sentiebam sed exaltaui aiam meam. Ecce humilitatis hostiã ab intimo cordis oblatam sepe replicat. ⁊ iteꝝ atꝫ iteꝝ ꝓfitendo non cessat. eamꝫ multipliciter loquẽs iudicis sui oculis ostẽtat. Quid est hoc ⁊ quõ istud sacrificium deo placere cognouerat. ꝙ in ꝓspectu eius tanta iteratõe vocis immolabat. nisi ꝙ vicina esse superbia potentibus solet. ⁊ pene semꝝ rebꝫ affluentibus elatio sociat. Et qz sepe honoris abundantia duriciam dat tumoris. nimiꝝ est vtꝝ nisi cũ in sublimiũ cordibꝫ regnat humilitas moꝝ. Unde pensandum est qz potentes quicꝫ cum humiliter sapiunt culmen extranee ⁊ ꝗsi longe posite virtutis attingũt. ⁊ recte hac virtute dñm quantocius placant. qz illud ei sacrificium offerunt qđ potẽtes vix inuenire pñt. Subtilissima nãqꝫ ars viuendi est culmen tenere. gloriã reprimere. esse quidẽ in potentia. ſz potentẽ se esse nescire. Recte itaqꝫ de talibꝫ dr. Deus potentes non abiecit cũ ipse sit potens. Deũ quippe imitari desiderat. qui fastigiũ potentie alienis intentus vtilitatibꝫ nõ suis laudibus inflatus admĩstrat. qui ꝓlatus ceteris ꝓdesse apperit non ꝑesse Tumoris nãqꝫ elatio non ordo ptãris in crimine ẽ Potentiã deus tribuit. elationẽ vero potentie malicia nře mentis inuenit. Tollamus ergo ꝗ de nostro ꝓtulimus

prava opa que fecerunt. q qualiter di
stricta illa deus dñudicat attendunt q
perituros se absq; dubitatõe prescĩt
si remota pietate reducenf. Ꝺ idem
beatus grego. viij. mora. tangit dicẽs
Justoꝝ mens sp sollicita venturo exa
mini intendit.omne namq; qđ agunt
metuunt. dũ caute ꝺsiderant qui ante
quantũ iudicem stabunt.intuenf potẽ
tiam illius magnitudinis. q pẽsant q̃n
to reatu ꝺstricti sint.prie infirmitatis
enumerãt mala .ppꝛ operis q ꝺtra hec
aggregantur bona ꝺditoris.ꝺsiderãt
prava que districte iudicet.bona opa
q̃ subtiliter penset. q pituros se absq;
ambiguitate prescĩunt si remota pie
tate iudicenf. q2 hoc ipm quoq; iuste
qꝺ videmur viuere culpa est.si vitã no
stram cũ iudicat hanc apud se diuina
misc̃dia non excuset. Hinc in eodem
libro scriptũ est Astra non sunt mũda
in ꝺspectu eius .q2 apud deuz districte
iudicãti ipsi quoq; maculas inquina
tionis habent qui per mundiciaz san
ctitatis lucẽt. Contemplanf igitur q̃
districtius iudex venĩat qui dum vi im
mense magnitudinis cordiũ secreta il
luminat.omnes ante oculos culpas re
ducit pensant quanta illi fit verecũdia
in ꝺspectu tũc totius generis humani
angelorꝝ ommũq; archangelorꝝ ꝺfun
di perpendunt.qui post ꝺfusionẽ cruci
atus maneat q deficienter carnem ge
henna ꝺsumat. hec greg. Pensant eri
am electi q iusti viri a quanta beatitu
dine ad quantã corruptionis sue mise
riam ceciderunt. perpendunt nãq; nõ
que in hac vita tolerant.sed metuunt
ne post hanc vitam grauiora patiaf.
lugent q2 in hoc exilio q seculo detinẽ
tur.timent ne q cum exilium relinqui
tur mors eterna subsequaf. Sed ele
ctoꝝ animus debet talem metum q do
lorem a se excutere q ad sola eterne pa
trie desideria se extendere pondus for
midinis abũcere. q in virtute amoris
dei se exercere. Ista ꝺmemorat beatus
grego.xij.mora. exponens illud Job.
Indignatio sagittaruz domini ebibit
spũm meum.sic dicit. Sagittaꝝ indi
gnatio spũm bibit.q2 superne sentẽtie
electos quos in peccatis inuenit dum
voluerit immutat.vt duriciã suã trã
fixa mẽs deserat.atq; ex salutifero vul
nere sanguis ꝺfessionis currat. Pen
sant namq; vnde lapsi sunt.pensant a
quanta beatitudine. ad que corrupti
onis sue tormenta ceciderunt. q non so
lum gemunt in his que sustinent.sz in
sup metuũt hoc qđ districtus iudex de
linquentibꝫ de gehenne ignibꝫ minaf
Unde q recte per iob subdif. Et timo
res tui militant ꝺtra me. Justoꝝ mẽs
non solum perpendit qđ restat.videlz
qualia in hac vita patif.metuit.ne pꝰ
hanc grauiora patiaf.luget.q2 in hu
ius cecitatis exilio a padisi gaudĩs.ti
met ne q cum exilium relinquif mors
eterna subsequaf. Jam ergo sententi
am tolerat in pena. sed minas adhuc
venturi iudicis timet ex culpa. Hinc
ps.ait. In me transierũt ire tue q ter
rores tui ꝺturbauerũt me. Interni q̃p
re iudicis postq̃ ire pertranseunt etiã
terrores perturbãt.q2 iam aliud de dã
natõe patimur. q adhuc aliud de eter
na vltione formidamus. Unde dicif
Et terrores tui militant contra me.ac
si aperte diceret.percussus quidem de
presentibus doleo.sed in hoc dolor fit

grauis quia in pena positus adhuc supplicia eterna primesco. Debet tñ a metu 7 dolore animus excuti 7 ad sola eterne patrie desideria extendi. Tunc em̃ nobilitatẽ nostre regenerationis ostendimus. si patrem diligimus. quẽ nũc seruili mente vt dominũ formidamus Unde per paulum dr. Non accepistis spiritum seruitutis. iterꝙ in timore ꝛc Bondus itaqꝫ formidinis mẽs electi postponat. in virtute seamoris exerceat. reuocationis sue dignitatem desideret. ad ꝺditoris sui spem anhelet. quez quousqꝫ ꝺspicere nouvalet eternitatez eius necesse. i. vt in timum cibum suũ esuriens expectet. hec gregorius Qui igit̃ in puer sa vita se ꝺstitutum considerat. timeat incidere in gehennam 7 ideo vitam suam emendando 7 penitẽdo corrigat. Qui vero iam virtuose viuit 7 in statu proficiendi est timeat ne ab eodẽ statu. per suam negligentiam corruat. Oportet em̃ sm apostolum vt cum timore 7 tremore nostram salutẽ exerceamus ac iugiter in tali salubri metu perseueremus. Sic igitur habemus de timore. Filius.

Uelez scire que virtus primo oritur de timore.

Ca. .III. Pater. Debes scire qꝺ ex timore dñi procedit siue oritur bona voluntas. qui em̃ timet pro suis excessibꝫ damnari seu a deo separi. mutat voluntatem suam prauam in bonã 7 sicut timor est initiũ oim virtutum sic etiam bona voluntas est origo 7 mater oim bonorum. Hoc pbat beatus bernardus sic dicens. Bona voluntas in aio est origo oim bonoꝝ 7 oim mater virtutuꝫ. sicut econtrario mala voluntas est origo oim vitiorum 7 malorum ideo custos anime sue valde sollicitus esse debet. circa custodiam voluntatis sue. hec berñ. Unde magnum 7 principale donum dei est bona voluntas. quia quicquid agit̃ non potest eẽ bonum. nisi ex bona voluntate procedat sine qua etiaꝫ nemo saluari potest Uñ richardus de sancto victore. Inter omnia bona que ad salutem hominis spectare videnꝺ primum 7 principale donum bona voluntas esse cognoscit̃. per quam in nobis diuine similitudinis ymago reperitur quicquid homo agat bonum esse non potest nisi ex bona voluntate fiat. similiter malum esse non poterit. sine bona voluntate oĩno saluari nõ potes. cũ bona voluntate peri re non potes. hec richardus. Et notandum qꝫ voluntas corrupta seu inordinata 7 ꝺsuetudo mala plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Remissa nã qꝫ voluntas generat mentis leuitatem ex qua prodeunt inconstantia morum leticia vana. cordis lasciuia 7 multa alia. 7 in hunc modum omnia genera vitiorum ex aliquo male voluntatis effectu vel male consuetudinis suam finem gula ducũt originem. Ista commemorat beatus bernar. in epistola ad carthusienses sic ait. Sicut magno aliquando labore 7 studio perseuerante virtutes trahũtur in affectum 7 mentem bonam. sic vicia leuissima remissionis licentie opportunitate transeunt in consuetudinẽ. 7 quasi naturalia efficiunt̃ sed nullum vitium est naturale. Omnis vero virtus naturalis est. Consuetudo tamen vel corrupte vel inaliter negligẽtie plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta ꝺscia efficere solz. nã remissa voluntas facit leuitatẽ mentis. ex qua pdeũt instabilitas mẽtis. inconstantia morum. vana letitia sepe vsqꝫ ad lasciuiam carnis vel multa alia in

negligentiam vel transgressionē ꝓposi
ti ex levitatis vitio venientia. in hunc
modū omnia genera vitioꝝ ex aliquo
male voluntatis affectu vel maleꝫsue/
tudinis vsu suam singula ducunt ori/
ginem. que quanto diutius menti ino
lita est. tanto fortius hæret ⁊ fortioribꝫ
remediis indiget. etiam curā inquirit
diligentiorē. hmōi enim pestes vitio/
rum vsqꝫ in vltimam solitudinē solita
rius ⁊ fideliter animo infidēs possesso
rem suum in nulla deserit multitudīe
ne. nam nisi prinaci studio ⁊ prudenti
labore expugnata fuerit ꝫsuetudo su/
perari als non potest. vincivir potest.
⁊ quomōcunqꝫ se ꝫponat animus hrꝫ
⁊ in quauis solitudine secretum vel si
lentiū esse non patit coꝛdis. hæc bern.
Laborare igit debemus vt nostram vo
luntatē si prava ē aut remissa coꝛriga
mus. qꝛ si inquantum in nobis est veli
re ⁊ pmpta fuerit nostra voluntas. mi/
hil poterit nos auxiliante dño a virtu
te ac bonis operibꝫ phibere. Unde cri
sost. Possibile est iussa dei implere si
tm velimus. Si em in qꝫtum in nobis
est vires velimus apponere. maximuꝫ
deus adiungit auxiliū. qꝛ si pmpta fu/
erit in nobis voluntas. nihil erit quod
nos a virtute possit phibere. hæc criso.

¶ Et sciendū est ꝙ voluntas bo/
na pdest ad salutem hoīm etiam si esse
ctū boni operis non habuerit. qꝛ quic
quid vult homo ⁊ non potest perficere.
hoc deus ꝓ facto reputat. si enim nihil
habet quis dare. det voluntatē quā ha
bet ⁊ totuꝫ dedit. De hoc primo dicit
beatus hiero. Voluntas pdest. tm si esse
ctū non habuerit. tm premiū nō amit/
tit Item beatus ambro. Affectus tuus
operi tuo nomen imponit. quicqd vis
⁊ nō potes deus ꝓ facto reputat. Et be
atus augu. Bona voluntas cui non est
facultas opis. sufficit sibꝫ ipsi. sufficit
etiā deo. si nihil dare habes. da volun/
tatē quam habes ⁊ totū dedisti. Om/
nia eī impleuit qui qđ potuit fecit. hæc
augst. Unde qui habere vult magnū
meritū magnā habeat voluntatem. qꝛ
quantū crescit bona voluntas tantum
crescit ⁊ meritū. De hac voluntate di/
cit beatus bernā. Bona voluntas nec da
ri ꝑt inuito. nec auferri nisi volenti. er
go totum meritum hoīs est in bona vo
luntate. Quantū crescit voluntas tua
tantum crescit meritū tuum. tantū me
reris quantū vis. fac magnā voluntā/
tem si vis habere magnū meritū. ita de
us ꝓmptissimus ⁊ miscōissimus in eo no/
stram redemptōem in quo nullus nisi
velit egere ꝑt. Amare namqꝫ equaliꝫ ⁊
diuites ⁊ pauperes possunt. licet equali
ter dare pecuniā non possint. Volun/
tas tn bona nō est. si non operet quod
potest. hæc bernā. De hac voluntate etiā
notandū ꝙ sicut voluntas si fuerit viti
osa in hoīne facit aīam vitiosam. ita ⁊
bona voluntas si affuerit efficit aīmā
bonā. ℟ Que etiā hꝫ q̄tuoꝝ gra/
dus ꝓmus gradus est volūtas recta
Secūs voluntas valida Tercius devo
ta. Quartus volūtas plena. In quib
bone volūtatis gradibꝫ dꝫ aīa devota
de die in diē ꝓficere ⁊ se in illis exerce
re. De hoc per beatū bernā. fic doꝛ. Termo
dei duo operari debet. ⁊ animas vitio/
sas sanare. ⁊ bonas ammonere. vitio
sas dixerim non ad omnes quibus in/
est vitium. sed que vitio ex voluntate
consentiunt. nec resistunt quantuꝫ pos/
sunt. Bonas dico animas non solum
perfectas. sed etiam incipientes. que
licet vitium habeant. tamen nullo mo
do consentiunt sed repugnant. Extra/

les aīe licet ex infirmitate vel ignoran
rantia sepe cadant. tñ p bonā voluntā
tem quā habent resurgūt. Hec est enim
que bonā facit aīam Si vo voluntas
fuerit vitiosa. vitiosam facit aīam Si
q̄ homo sicut iob ait. Nunquam in eo
dem statu p̄manet. aut em̄ deficit aut p
ficit. p̄ficiendū est in hac voluntate. q̄
ipsa est de qua p̄dicta ait. Hec est via
dñi ābulate in ea. primus gradus hu
ius vite est recta. Secundus valida.
Tercius devota. Quartus plena volū
tas. In primo gradu aīa mēte legi dei
p̄sentit. sed carne repugnante bonum
q̄d diligit. p̄ficere non inuenit. sed sepe
malū q̄d odit p infirmitatē facit. In
scdo gradu aīa non solū malū q̄d non
agit odit sed etiā bonū q̄d diligit licet
cū grauedine fortiter tñ p̄ficit. In ter
cio gradu iaꝫ dilatato corde currit viā
mandatoꝝ dei. et delectat in eis sicut
in oīb⁹ diuicijs In quarto gradu sunt
angeli qui ea facilitate qua semper vo
lunt plenarie p̄ficiūt. hūc gradū defi
cere quidem p̄t. ascendere nō p̄t ob
hoc q̄d corpore grauat. Qui igit non
dū voluntatē rectam habet. sciat q̄
impedit eū intentio carnalis. qui ha
bet rectā et non validam. sciat q̄ impe
dit eū mala p̄suetudo. qui h̄ devotam
et non plenā sciat. q̄ impedit eū terre
na inhabitatio Cuius vitiosa est volū
tas oret et dicat. Fiat voluntas tua sicut
in celo et in terra. se intelligens in ter
ra. In celo illū autē qui rectam h̄ vo
luntatem. q̄ quantū distat celū a terra
tantuꝫ distat voluntas recta a vitiosa.
Item etiā oret qui h̄ voluntatē rectaꝫ
se intelligens in terrā illum aūt qui in
voluntate valida ē celū. ita de ceteris
vt semp intendat aīa p̄ficere. q̄ sicut
damnatus est. qui semp in vitiosa per
manet voluntate. ita reprehensibilis est
qui in alijs non studet p̄ficere. Hec
tenū. Sed et hoc cita voluntatē scien
dum. cū em̄ vult bonū agere q̄d potest
laudāda est Cū vo plus vult q̄ potest
corrigenda est. cū aūt facere non vult.
q̄d p̄t. excitanda est. Ista cōmemorat
beatus bernā. sic dicēs. Bona voluntas
cū vult q̄d potest laudanda est. cū vult
q̄d non p̄t corrigenda est. cū non vult
q̄d potest excitanda est Hec bernā. et sic
patet de voluntate.

Filius.

Dicite aūt de fidero que virtus se
quat bonam voluntatem'.

Ca. .IIII. Pater

DE hoc scire de
bes. q̄ ex bona voluntate pce
dit suus p̄sius discussio siue dīudica
tio. omnis nam q̄ voluntas bona odit
malum et diligit bonū. homo vero ha
bens bonā voluntatē ad semetipsum re
uertetur ac semetipsum discutit. ac in
greditur secretum conscientie sue. ibi
q̄ omnes defectus. omnes consuetu
dines. omnes affectiones. omnes o
perationes. omnia peccata. tam p̄te
rita q̄ p̄sentia diligenti considerati
one examinat. et examinando inspicit
et si quid minus rectum apud se inue
nerit statim pēnitendo punit. Necesse
est enim vt homo in suis operibus sit
p̄uidus et circumspectus et quoridia
na discussione cogitationes locutōes
pariter et facta sua examinet. Quantū
etiam ad bona agenda solito fit alacri
or et quantum ad temptamenta vincē
da fit instantior. p̄fert etiam quantū
in virtutibus p̄ficiat. vel quantum de
ficiat et qualis fit in affectibus et qualis
in moribus diligenter attendat Unde
hugo de sancto victore. Necessarium
est vt homo in omnibus operibus su
is sit circumspectus. et p̄uidus et

quotidiana discussione cogitationes locutões pariterq; facta sua apud se metipsum examinet. per singulos dies vitam suam ad iudiciũ vocet. mane quũ surgere debet pspiciat quid egerit per noctem. In vespere quũ cubatum vadit pspiciat quid egerit per diẽ. quantus ad bona agenda solito alacrior sit. et quantũ ad mala vincenda solito pstantior. vel si quod ex his que agenda nõ erant presumptum sit. hec hugo. Dicit etiam beatus bernardus Integritatis tue fis curiosus explorator. viam tuã quotidiana discussione examina. attende diligenter quantum pficis vel quantũ deficis. qualis sis in affectibus et qualis in moribus. q̃s similis deo. et q̃s dissimilis. q̃s ppe. q̃s longe. non locor in cognoscere temetipsum. q; multo melior et laudabilior es si te cognoueris q̃s si te neglecto cognosceres sydera curiosus. vires herbarum. complexiones hoim. naturas animaliũ. et haberes omnium celestium et terrestriũ noticiam et scientiam. Redde ergo te tibi. et si nõ semper aut sepe. saltẽ interdum rege tuos affectus. dirige actus. corrige excessus ante deũ nihil remaneat in te indisciplinatũ. q; ipse nihil dimittit impunitum. pone omẽs transgressiones tuas ante oculos tuos. statue te ante te tãq; alium et sic temetipsum plange. plora iniquitates tuas et peccata quib; deum offendisti. indica ei miserias tuas. oñ de maliciam aduersarior tuor. hec bernar. Vultum nãq; placet deo discussio vite nostre. teste beato augustiño qui dicit Sedo dñe scio q; nihil tibi tantũ placeat in me sicut discussio vite mee.

¶ Sed sunt nonnulli qui ad cognoscendã vitam alienã multum sunt studiosi. ad priam vero vitam corrigẽdam desidiosi. Vñ pringit q; tales alienа scientes se nesciant. et quanto maiores exploratores fuerint alieni meriti. tanto magis efficiuntur ignari sui. Unde beatus aug. Curiosus est genus hominũ ad cognoscendam vitam alienam. desidiosum ad cognoscendã suam. Et beatus gregorius Graue nam q; curiositatis est vitium. qui dũ cuius libet mentem ad inuestigandã vitam primi exterius ducit semp ei sua intima abscondit. vt aliena sciẽs se nesciat. et curiosi animus quanto etiam peritus fuerit alieni meriti. tanto fiet ignarus sui. ¶ Necesse igit est qui vult humilitate et in ceteris virtutib; pficere vt semetipsum dijudicet et nõ alium. Magis quippe nam q; debet cogitare quid sibi desit de bonis moribus. q̃s quid absit alteri. qui enim cogitat quantũ preceserit alium. tumore superbie inflat. qui vero cogitat quantũ sibi adhuc deest ingemiscit et humiliatur. Unde beatus bernardus. Si te ad lumen veritatis intus in animo fine palpatõe dijudices. non dubito quin humilieris tu in oculis tuis. et quanto altius pfeceris. tanto amplius inueies qõ te humiliat. Dicit etiam beatus augustinus. Magis cogitare deberis qd vobis desit q̃s quid vobis assit. qõ habes vide ne pdas. qõ non habes supplicavt habeas. In quantis sis minori bi cogitandũ est. non in quãtis sis maior. si enim cogitas quantus preceseris aliũ time tumorẽ. Si vero cogitas qntũ tibi adhuc deest ingemiscis. et cum ingemiscis curaris. humilis eris. tutior ambulabis. nõ pcipitaberis. non inflaberis. hec aug. X Quisquis aũt desiderat ad cognitiõem suĩ pfius puenire tria dr attendere. oĩa nam q; pctã et mala q̃ omittunt aut p negligẽtiam. aut per concupiscentiam. aut p nequiciam perpetrant. Circa ista tria

debet vniuscuiusq; versari cogitatio. debet em̃ quisq; recordari q̃ negligenter cor suũ q̃ negligenter tempus suũ expenderit. q̃ malũ finẽ operi suo imposuerit. Hec ei tria cũ summa diligẽtia sunt obseruanda. vt. s. cor bene custodiat. tps vtiliter expendat. & finis bonus & debitus in omni tpe prefigat Item debet recogitare q̃ negligens fuit in orõne. q̃ negligẽs in lectione. q̃ negligens in operis executione. in his em̃ tribꝰ dꝫ vnusquisq; seipm̃ diligentissime exercere & excolere. si vult fructum bonũ facere & dare in suo tpe Itẽ debet recogitare. q̃ negligens sit vel fuerit ad pmitendũ q̃ negligẽs ad resistendũ. & q̃ negligẽs ad pficiẽdũ debet em̃ cũ summa diligentia deflere mala ꝓmissa. repellere temptamẽta diabolica. & pficere de vna virtute in aliã vt possit puenire ad p̃mia eterna. Secundo dꝫ homo recogitare si in ipo vigeat vel viguerit ꝓcupiscentia voluptatum curiositatũ & vanitatum Certe tua ꝓcupiscentia voluptatis viget in religioso hoie. qñ appetit dulcia viz cibaria sapora. qñ appetit mollia. s. vestimenta delicioſa. qñ appetit carnalia videlicet oblectamẽta luxuriosa. Certe tũc viget ꝓcupiscentia curiositatis in dei famulo. qñ appetit videre pulcra. qñ appetit habere cara Certe tũc viget ꝓcupiscentia vanitatis. qñ appetit hominũ fauorem quando querit humanam laudem quando desiderat honorem humanum. Ista oĩa debet seruus xp̃i tanq; venenuꝫ fugere. q̃ sunt iudices oĩs mali Tercio recogitare debet homo diligenter qui cupit noticiã habere suũ ipsius si in ipso vigeat vel viguerit nequitia iracundie. nequitia inuidie & nequitia accidie. Certe tũc in religioso homine viget iracũdia. quando anima in corde vel affectu signo vel verbo vel clamore quãtumcũq; modicam indignatõem & ex corde rancores primo suo ostendit. tũc aũt in hoie regnat inuidia. qñ gaudet de primi aduersitate. & tristat de eius fdẽ ꝓsperitate qñ letat de malis primi & tabescit de bonis ipius. Tũc etiam accidia viget i religioso qñ fuerit tepidus. somnolentus. ociosus. tardus. negligẽs remissus. dissolutus. indeuotus. tristis & tediosus. hec oĩa seruus xp̃i debet detestari & fugere. qr in his vitijs & aliꝭ supra memoratis ꝓsistit perditio corporis. inquantum aũt magis quisq; in illis que p̃missa sunt suam ꝓscias discusserit tanto pfectior in suip̃sius cognitione & noticia erit.

Filius

Post discussionem ꝓscie & cognitionẽ suip̃sius quã ꝓsequit homo ex diligenti sui dijudicatione desiderio nũc informari quevirtus sit que comitat hancvirtutem.

Ca. V. Pater

Debes scire qđ humilitas est. que hancvirtutem sequit videlicet cognitionem suiipsius. quia quãto magis homo semetipm̃ discusserit & ꝓprias defectus anteoculis cordis oculos reduxerit. ac congnouerit tanto hũilior erit Mã certa noticia suoꝝ defectuũ hoiem sibip̃i vilẽ reddit Vñ primo sciendũ q̃d sit hũilitas Est aũt hũilitas fm̃ beꝛñ. Virtus qua homo vilissima sui ꝓgnitiõe sibip̃i vilescit Et beatus aug. Humilitas est ex intuitu ꝓprie ꝓdictionis. & sui ꝓditoris volũtarie mẽtis inclinatio Iteꝛ beꝛñ. Humilitas est ꝓtemptus ꝓprie excellentie. Notãdum aũt est qꝫ humilitas est fundamentum omnium virtutum & bonorum operum. omnis namq; structura bonorum operum ac virtutum si

ne hoc fundamento subsistere non pt. Unde qui vult edificiū atum bonoꝝ opeꝝ ꝓstruere. dz prius fundamentuz vere humilitatis ponere. Unde criso. Nemo ꝓstruet celsitudinē bonoꝝ opeꝝ rum ⁊ virturis nisi prius iaceantur fundamenta vere humilitatis. Dicit etiā de hoc cassianus. Nullo modo poterit in anima nostra virtutū structura ꝓsurgere nisi prius iacta fuerint vere humilitatis fundamēta. sine qua etiam humilitate nec purgatio peccatoꝝ. nec emendatio moꝝ. nec ꝓsummatio virtutum poterit apprehendi. Beatus etiam aug⁹. sic dicit. Magnus vis esse incipe a mimimo. cogitas fabricā erige celsitudinis. de fundamento cogita humilitatis. hec aug. In hoc g̃ fundo vere humilitatis erigamus edificium spūale vt crescat in tēplum sanctū domino. Unde fm dictum beati bern. bonus fundus est humilitas in quo oīe edificium spūale ꝓstructum crescit in templū sanctum dño. hec ber. Humilitas etiam est caput omniū virtutū ⁊ obtinet principatū que ceteras virtutes in suo vigore ꝓseruat. ⁊ sustinet totum edificiū fouens corpus bonoꝝ operū. Testat hoc beatus aug⁹. qui dicit. Humilitas est caput omniū virtutū. ⁊ obtinet primatū ⁊ principatum ceteraꝝ tangꝫ ipsaꝝ ꝓseruatrix. in eo ꝙ ipsa ē perseverātie ꝑpria coadiutrix. De hoc etiam dicit ambro. Humilitas virtutum omniū caput est. que fouet ⁊ sustinet bonoꝝ opeꝝ totum corpus. hec ille Hec igit virtus multum diligēda est qz valde gratos facit hoīes esse deo ipsa humilitas. teste beato augu. qui dt. Nihil nos ita gratos deo efficit sicut humilitas. ipa namꝫ trahit ad se clementiā dei. nam corda humiliuz ipse deus libenter inhabitat. Unde dicit beatus bernar. O felix humilitas que ad se trahit clementiam. ⁊ eius ligat omnipotentiā. magna ergo virtus humilitas. cui dei maiestas tam facile se inclinat. Et beatus augusti. Excelsus es dñe ⁊ humiles corde sunt dom⁹ tua. Qui igit vult esse templum dei ⁊ habitaculum spūssancti cum omni studio ⁊ diligentia exerceat se in virtute humilitatis. Ipsa namꝫ est que ꝓparat locum diuine caritati ⁊ gr̃e spiritussancti. ꝓpter qd̃ dicit beatus augustinus. Quanto sumus a tumore superbie minores. tanto sumus dilectione pleniores. qz sicut aqua ꝓfluit ad valles. sic gratia spūssancti ꝓfluit ad humiles. Unde cassiodorus. In vallibꝫ quippe humilium animaꝝ fontes manant ⁊ transeunt celestium gratiarum qui vero humilis non fuerit gr̃a spiritussancti in ipso habitare non poterit De quo beatus augusti⁹. Si humilis ⁊ quietus non fueris nec põt in te habitare. nec habere gratiam spūssancti. Fode ergo in te fundamenta humilitatis ⁊ peruenies ad fastigium caritatis. hec augustinus. Quia dum mēs humana humilitati inmitit ꝓfecto ipsa in amore celestium inflammat Vñ fm cassianum. Amor celestium nō altitudini sublimiū. sed humilitati infūditur animaꝝ. ipsa namꝫ humilitas ꝑput dicit Richardus de sancto victore. sola est que mentē diuino accendit lumine. celestiꝫ inflammat de fiderio ⁊ amore. hec richardus. Non solum autem humiles obtinent a deo gratiā in presenti. vꝝ etiam gloriam magnā ꝓsequunt a domino in futuro. ad quā gloriam siue patriam celestem non potest aliquis peruenire. nisi prius viam humilitatis studeat ambulare. De hoc dicit beatus Augustinus. Excelsa est patria. humilis autez est via. ergo qui querit patriam quid recusat viā. Am

bula igit̄ per xp̄i humilitatē vt vēnias ad eius eternitatem. vis capere celsitudinem dei. prius cape humilitatē. Altus est dñs. si te erigis non tanges illū si te humilies descendet ad te. hec aug. Oportet g̃ vt p̄ humilitatez ascendat̄ ad celi sublimitatē. q̄ qui desiderat habere primatū celestem. necesse est vt sequat̄ humilitatem terrestrem. Iñ beatus bern̄. Per humilitatē ascende ad sublimitatē. q̄z hec est via q̄ nō est alia preter ipam. qui aliter vadit cadit potius. q̄ ascendit. q̄ crisо. Quicūq; desiderat primatū celestē sequat̄ humilitatem terrestrē. Dicit etiam de hoc ysidorus. Homo descendas humilitate vt exalteris ne exaltatus humilieris humilitas aūt casum nescit. lapsuz nō nouit. humilitas nūq; lapsuz passa ē. hec ysidorus B Et notandū q̄ triplex est hūilitas. s. magna maior maxima. Magna est humilitas. qñ se homo apud semetipm veraciter ptemnit Maior vero qñ se ptemni ab alijs non despicit. Maxima aūt qñ homo ptemptum suum non ptemnit. sed ad modū pcupiscit. hos tres modos tangit Richardus de sancto victore sic dicens. Humilis nāq; est. qui seipm apud semetipm veraciter ptemnit. hūilior aūt qui se ptemni q̄ ab alijs nō refugit Humilimus vo qui ptemptū suū nō solū non ptemnit sed ad moduz pcupiscit. hec ille. De quo ōt etiam beatus bern̄. Verus humilis vilis vult reputari nō humilis p̄dicari. gaudet de ptemptu sui. Sed sunt nōnulli. qui quidē peccatores se esse fatent̄. pctōres ab alijs estimari nolunt Quod redarguit beatus bernardus adducēs in exemplum dñm nostrum sic dicēs. Qui peccatū non fecit. non dedignatus est peccatorem se reputari. Et nos esse volumus sed nolumus reputari. Hec bern̄. Sed qui veraciter sunt humiles. de sua despectione gaudent q̄ cū se viles in alienis oculis ꝑspiciūt. de hoc intra semetipsos gratulant̄. De talibz ōt beatus gregorius. Qualis quisq; apud se latet. contumelie illate probant Nam sicut superbi honoribz sic plerumq; humiles sua despectione gratulant̄. cūq; se in aliemis oculis viles ꝑspiciunt idcirco gaudent. q̄z hoc iudicium confitemari intelligunt quod de se q̄ ipi habuerunt. hec gregorius Unde sancti viri magna quidem agunt. sed per humiliratem in corde suo infimi sunt. quod multum acceptum est deo. Teste beato ihеronimo qui ōt. Nihil est quod nos deo q̄ homīb ita gratos faciat q̄ si vi te merito magni q̄ humilitate infimi simus. hec ihеronimus. C Sed hec virtus valde rara ē. vt magna quidem operantem se tñ nō magnum esti mare. mirabilez in virtutibz cozam alijs apparere. q̄ tamen ptemptibilem se reputare. Unde beatus bernardus. Magna q̄ rara virtus vt magna licet operātem magnum te nescias. q̄ manifestam oīb tuam te solum latere sanctitatem. mirabilem te apparere q̄ cōptibilez te reputare. hec beatus bernardus. Perfecti etiam viri q̄ veraciter humiles semper studeni in virtutibus proficere. q̄ hanc humilitatem sibi seruant vt semper q̄ in bono proficiant q̄ tñ nec perfectionis inicia se habere credant. de hoc richardus de sancto victore cū admiratōne quadam sic ait O virū perfectum summaq; humilitate fundatum. qui semper potest q̄ festinando proficere. q̄ proficiendo festinare. q̄ hanc sibi humilitatē semp seruare. vt semp in bono pficiat. q̄ tñ nec pfectionis inītia se habere credat. hec richar. D Et notandum q̄ nemo ōz fiduciā hē de aliquo bono ope

re. sed solum ꝓfidere de humilitatis vir
tute. Unde dicit iohānes abbas mon
tis sinay. Noli fiduciā habere in reip/
so etiam si possides mundiciā. sed ma
gis ad humilitatem multam accede ⁊
amplius fiducialiter ages. Nempe si
omnē scalam virtutū scandens ascen/
disti ꝓ remissione peccatoꝝ exora. De
eodē etiam dicit beatus bernar. Insi/
piens ⁊ insanus est quicunq; in alijs
vite meritis q̄ in sola humilitate con
fidit. Unde mater dñi nostri ihesu
xp̄i hanc solam virtutem in se dño pla
cuisse ꝰmemorat sic dicens. Respexit
humilitatē ancille sue ⁊c. Quanto nā
q̄ unaquecq; aīma ꝓpter amorē sui cre
atoris est despectior in oculis suis tan
to est preciosior ⁊ acceptior corā ocu/
lis summe maiestatis. ⁊ econverso q̄
to preciosior est sibi. tanto vilior deo.
Unde beatus grego. Tanto nāq; una/
quecq; aīma sit preciosior ante oculos
dei. quanto ꝓ amore veritatis despecti
or fuerit ante oculos suos. tanto ergo
fit quisq; vilior deo. quanto preciosior
sibi. tanto preciosior deo. quanto vili/
or sibi ꝓpter eum. q̄ humilia respicit.
⁊ alta a longe cognoscit ℭ Et sci
endū ꝓut dicit richardus de sancto vi
ctore. q̄ est differentia inter humilita
tem ⁊ humiliatiōem. Humilitas ē vir
tus qua quisq; sibi vilescit interius co
ram oculis dei. Humiliatio vero est vir
tutis effectus quo quisq; seipm abiicit
exterius in oculis ꝓximi. Aliud ē hu
milē esse. aliud ē humiliter se habere.
illud ptinet ad disciplinam mentis.
istud ad disciplinā corꝓoris. illud est
humilitatis. istud est humiliationis.
hec richar. Hanc igitur virtutem vere
humilitatis nobis assumere debemus
q̄ ipsa est origo ceterarū virtutum. ⁊ il
la virtus in nobis veraciter pullulat q̄
in radice ꝓpria. i. in humilitate perdu
rat. Sed sunt nōnulli qui etiam in ho
noribꝫ positi de se humilia sentiunt. ⁊
se cinerē esse ꝑpendūt. sed tñ coram
hoīibus esse viles apparere refugiūt Et
sunt nōnulli qui quidem viles videri
ab hominibꝫ appetunt. sed apud se in/
trinsecus quasi ex ipso merito ostense
humilitatis intumescunt. que vtraq;
elationis genera a quolibet deuoto hoī
ne sunt repellenda. De hoc beatus gre
go. xxviij. moral. exponens illud. Nō
audebunt eum ꝓtemplari omnes qui
sibi vident esse sapientes. sic dt. No/
tandū q̄ non ait. Et non audebunt eū
ꝓtemplari sapientes sed qui sibi vidē
tur esse sapientes. Quibꝫ videlicꝫ ver
bis non peritos quidē sed arrogantes
insinuat Viri namq; arrogantes ⁊ do
cti cū recte non viuunt sed tñ recte di/
cere doctrine impulsionibꝫ ꝓpelluntur
ipsi damnationis sue aliquo mō ꝓtecto
nes sunt. q̄ dum ea que agere respuūt
predicantes insinuant. suis vicibꝫ dā
nantes dānant. Unde summa cura est
ꝓuidendum ne accepta sapientia cuꝫ
ignorantie tenebras illuīat lumen hu
militatis tollat. ⁊ ipsa sapīa esse neq̄
at. q̄ ⁊ si virtute locutionis fulgeat. ela
tōis tñ vēlamīe coꝝ eloqñtis obscurat.
Quia vo origo oīm virtutū hūilitas ē
illa in nobis virtus veraciter pullulat
que in radice ꝓpria. i. in humilitate p/
durat. A qua mīmiꝫ si abscidīt arescit
q̄ vivificantem se in intimis humorē
caritatis perdit. Intueri libet quanta
virtutum munera dauid perceperat at
q̄ in his omnibꝫ q̄ fortis humilitati
seruiebat. quem eīm non extolleret ora
leonum frangere. despectis ꝓioribus
fratribus eligi. reprobato rege ad reg
ni tabernacula vngi. vno lapide golyam
sternere. ⁊ cetera que gessit. ⁊ tam
cum archam dei ihrusalem revocat. q̄
si oblitū se ꝓlatū omnibꝫ admixtus

populis ante archam saltabat Et quia coram archa saltare vt creditur vulgi mos fuerat. rex se in diuino obsequio psaltando rotat. Ecce quē dñs cūctis singulariter ptulit sese subdendo ⁊ abiecta exhibendo ptemnit. non prās regni ad memoriam reducit. non subdit oculis saltando vilescere metuit. non se honore plātū ceteris añ eius archam qui honorem tulerat recognoscat coram deo egit debilia ⁊ extrema. vt illa ex humilitate solidaret. que corā hoīb gesserat fortia Quid de eius factis ab alīs sentiat ignoro. Ego dauid saltantem plus stupeo. q̄ pugnantem. pugnando quippe hostes subdit. saltando aūt coram dño seip̄m vicit. quē michol Saul filia adhuc ex tumore regij generis insana cū humiliatū despiceret dicēs Quā glorioſus fuit hodie rex israhel discoopiens se ante ācillas seruoꝝ suoꝝ ⁊c. ptinus audiuit vinit dñs. q̄ ludam añ dñm ⁊ vilior fiam plusq̄ factus sum. ero q̄ humilis in oculis meis ac si apte dicat. Vilescere coram hoīb appeto. q̄ seruare mihi coram deo ingenuitatem p humilitatem quero. Sunt deo nonnulli. qui de semetipsis humilia sentiunt q̄ in honoribus positi nihil se esse nisi cinerem fauillamq̄ pprendūt. sed tñ coram hoīb viles apparere refugiūt Et sunt nōnulli q̄ viles videri ab hoīb appetūt atq̄ omne qđ sunt deiectos exhibendo sed ptemnunt. se tamē apud se introrsus. quasi ex ipo merito būilitatis ⁊ vilitatis intumescunt ⁊ tanto magis in corde elati sunt. quanto amplius in specie humilitatis vel vilitatis elationē premunt. quevtraq̄ elationis vnius bella circūspectione magna dauid deplxendit mira virtute supauit. q̄ eñ de seipso intus humilia sentiens honorē exterius non querat insinuat dicens. Ludam ⁊ vilior fiam plus q̄ factus sum Et q̄ p hoc qđ vilem se exterius pbuit. nequa q̄ exterius intumescat adiūgit. Ero q̄ humilis in oculis meis ac si dicat Qualē me exterius despiciens exhibeo. talē me interius attendo. tene ergo dr. Non audebūt ptēplari omnes qui sibi vident eē sapientes Contemplari eñ dei sapientiā nō possunt. qui sibi sapientes vident. q̄ tāto ab eius luce longius sunt. quanto apud semetipsos humiles non sunt. q̄ dū eorum mentibus tumor elationis crescit. acie ptemplationis claudit. ⁊ vnde lucere se p̄ ceteris estimant. inde se lumine veritatis priuāt. Si vo veraciter sapientes esse atq̄ sapientiam ptemplari apperimus. stultos nos humiliter recognoscamus. relinquamus noriam sapientiam. discamus laudabilē fatuitatem. Hinc quippe scriptū est. Stultus fiat vt sit sapiens. hec greg. Et notandū q̄ virtus humilitatis valde necessaria est plātis. qui psunt subditis ⁊ cū aliquis temptat vitio elationis. q̄ humilitatez cordis debet repromere fastum tumoris. Unde sancti viri cū psunt ceteris p hoc non gaudent hoīb p̄esse sed pdesse ⁊ cuz timeri a subditis appetunt. ideo hoc faciūt. q̄ ipos subditos deū minime timere vident. p̄elxendunt vt saltem humana formidine peccare metuant. qui deū offendere non formidant Cuz vero de esta subditis vitium. quod corrigat. non solū ab eis metui sz honorari plusq̄ necesse est refugiunt. ⁊ q̄uis hos hoīb p̄elatos gloria potestatis ostendat. interius tñ per merorem secretū sacrificium domino p̄riti cordis offerūt. De talibus potestatibz beatus gregorius. ex

mora. sic dicit. Potentibꝫ viris magna est virtus humilitas ꝓsiderata eqlitate ꝓditionis. omnes namqꝫ hoīes natura equales sumus. sed accessit dispensatorio ordine vt quibusdā prelati videamur. Si igit hoc a mēte deprimimus qđ temporaliter accessit inuenimus citius qđ naturaliter sumus. Plerumqꝫ enim se animo accepta potestas obijcit. eumqꝫ tumidis cogitationibꝫ fallit. manu igit humilime considerationis deprimendus est tumor elatus genuit. sed varietatē meritoꝝ ordinat alios. alios dispensatio occulta posuit. Ipsa aūt diuersitas q̄ accessit ex vitio recte est diuinis iudicijs ordīata vt qꝫ omnis homo iter vite non gradiatur. alter ab altero regat. Sancti aūt viri cum presunt non in se potestatem ordinis sed equalitatē ꝓditionis attendunt. nec preesse gaudent hominibus sed pdesse. homo quippe animalibꝫ irrationabilibꝫ. non aūt ceteris hominibus prelatus est. Unde dr. terror vester. ⁊ tremor sit sup cuncta animantia terre. ⁊ idcirco ab animalibꝫ. non aūt ab hominibꝫ timeat. qꝫ extra naturā superbire est ab equalibꝫ velle timeri. q̄uis plerumqꝫ a subditis etiam sancti viri timeri appetunt. sed qñ ab eisdem subditis deū deprehendunt minime timeri. vt humana saltē formidine peccare metuant qui diuina iudicia nō formidant. Nequaqꝫ ergo preposito ex hoc q̄ fito timore supbiunt in quo non suam gloriam sed subditoꝝ iusticiā querūt. in eo ꝙ metuꝫ sibi a puerse viuentibꝫ exigunt. quasi non hoībus sed brutis animalibꝫ dominant. qꝫ videlꝫ ex quanimi dim iacere ꝓstrati. Cum vero deest vitium quod corrigat. non de excellētia potestatis. sed de equalitate ꝓditionis gaudent ⁊ non solum ab eis metui sed etiam plus q̄ necē est honorari refugiunt. Item per eundē ⁊ de eodem xx. mora. sic dr. Viro enim ordine vno eodemqꝫ tempe ꝙuenire in actibus bonoꝝ solet ⁊ foris honor culminis. ⁊ intus afflicte meror humilitatis. qui ⁊ si hos prelatos hominibꝫ gloria potestatis ostendat. interius tamē meroꝝ suo secretum sacrificium domino ꝓtri cordis offerunt Sciunt electi quiqꝫ ꝓsideratione intima cōtra exteriorum excellētie tempramenta pugnare. qui si ad exteriorē felicitatē suam corap ponerent. iusti pfecto non essent. Sed qr cor humanū non potest de ipsis prosperitatibꝫ rer quantulacunqꝫ gloria in nullo temptari ꝓtra ipsam psperitatem suam. sanctiviri intrinsecus dimicant. non dico ne in elatōe sed saltem in eius amore succūbant. cui valde succubuisse est captiuā mentem eius desiderijs subdidisse. hec grego. G

Sciendū etiam ꝙ multū valet ad humiliādū se. peccatoꝝ preteritoꝝ recordatio. ⁊ qui etiam fragilitatem suam sollicite respicit. de donis a deo perceptis se non extollit. Sed sunt nonnulli qui quidē nihil virtutis agere studēt attamen cum alios peccare ꝓspiciunt iustos se in eoꝝ ꝓparatione suspicant. Et sunt nonnulli qui quibusdam vitijs superbia videliꝫ vel auaricia deprimunt. sed cum alios in luxuriā vel irā ꝓspiciunt incidisse. se meliores illis deputant. atqꝫ apud semetipsos quasi se de iusticia extollunt quia negligunt pensare sua vitia quibꝫ graviter tenentur. At ꝓtra illi qui ad altam virtutem ꝓscendere veraciter appetunt. mox cū alienas culpas audiunt. mox cor ad ꝓprias virtutes reducūt. ⁊ postposito iudicio de alienis culpis suas veraciter plangunt. Ista ꝓmemorat beatus gre-

gorius.iij.moral.exponens illud vbū Sedens in sterquilinio sicōt. In sterquilinio q̄pe sedere est vilia de se quē piaz ⁊ abiecta sentire. In sterquilinio nobis sedere est ad ea que illicite gessimus mentis oculos penitendo reducere at cū ante nos peccatoꝝ stercora cernimus. omne qō in aīa de elatione surgit inclinemus In sterquilinio sedet. qui infirmitatē suam sollicitus respicit. ⁊ sese de bonis. que pcepit non extollit An non apud se in sterquilinio abrahā sederat. qui dicebat. loquar ad dñm meuz cū sim puluis ⁊ cinis. aperte eñ cernimus. in quo se apud se loco posuerat. qui puluerē ⁊ cinerē se etiaz qñ cum deo loqueref estimabat Si igitur se ita despicit. qui vsqz ad honorez diuine locutionis ascendit. solicita intentione pensandū est. qua pena illi feriendi sunt. qui ⁊ ad summa nondū proficiunt ⁊ tñ de minimis extollunf. naz sunt nōnulli. qui cū prava agunt de se magna sentiunt. in altum mentē subleuant. ⁊ preire se ceteris virtutum merito putant. hi nimiꝝ apud se introrsus humilitatis sterquilimū deserunt. ⁊ elationis fastigia ascendūt. illū imitantes. qui primus se apud se extulit. sed eleuando pstrauit qui dixit in celū ascendam. sup astra celi exaltabo ⁊c. Etiam sciendum q̄ sunt nōnulli. qui nihil quidem virtutis agere student. sed tñ cū alios peccare ꝓspiciūt iustos se in eoꝝ ꝓpatiōe suspicant Necz eñ corda oīm vna vel similis culpa transfigit Nunc namqz superbia illaqueat. illū forsitan ira supplantat Nunc auaricia excruciat. illuz luxuria inflāmat Et plerūqz ꝓtingit vt is quem superbia deprimit. alium respiciat. qualiter ira succendat. Et qz se ira non citius instigat. meliorem se iracundo iam deputat. atqz semetipm quasi de iusticia extollit. qui pensare negligit vitiū. quo grauius tenef. plerūqz cōtingit. vt is quem auaricia sauciat. aliū luxurie vorago mersum cernat. ⁊ qz se a pollutione carnali alienum respicit. quibz ipe sordibz spiritalis venemi intrinsecus polluaf non attendit. dūqz in alio pensat malū qō ipe non hz. in se negligit ꝓsiderare qō hz. sicqz fit vt duz ad aliena dīudicanda mens ducit. ꝑdi iudicij lumine priuef. ⁊ eo durius contra aliena superbiat. quo sua negligentius ignorat At ꝓtra. hi qui ad alta virtutum surgere veraciter appetūt cū alienas culpas audiūt. mox corad ꝑdias reducūt ⁊ tāto rectius illas dīudicat quanto verius istas deplorāt Quia igitur electus quisqz infirmitatis sue consideratione se ꝓprimit dicaf recte q̄ vir sanctus in sterquilinio volens sedet. qui eñ vere se humiliat ꝓtinue ꝑfectionis oculo quibz circumseptus fit delictoꝝ sordibz pficiens pensat. ꝛc grego. ¶ Esteriā aliud qō valet ꝓtra vitiū elationis videlicet. vt bona que agimus sciendo nesciamus. quatenus ad custodiam hūilitatis ꝛc ⁊ recte estimemus. ⁊ in ipis nihil etiā nobis virtutis tribuamus Sed bona que facimus de misericordia nostri cōditoris eē agnoscamus. De hac beatus greg. in libro moral. fic ōt ¶ Plerūqz eñ si scimus bona. que agimus. ad elationem ducimur Naz si nesciamus mīme fuamus. qs eñ audita virtutis ꝓscia non quantulūcunqz superbiat. aut qs cursum bonū in se custodiat qō ignorat Sz ꝓtra vtrāqz quid superest. nisi vt recta q̄ agimus sciendo nesciamus vt ꝛc ⁊ rcā estimemus ⁊ minima. q̄te nus ad custodiam sui si sentiat aīmus scīam rectitudinis. vt in tumorē non eleuet hūilitas estimatōis Et qūis de se hūilia sentiat aīmus iustoꝝ. ea q̄ tñ

agunt q̄ quō sint recta ꝯspiciunt. sed de eoꝝ rectitudine non p̄sumūt. Ille etiam vērā de eo exhibet orōnem. qui semetipm qz puluis sit humiliter videt. qui nil sibi vtutis attribuit. qui bona que agit de mia ꝯditoris cognoscit Est namq̄ magnū ꝯturbati solaciū vt pulsatis vitijs cū se quasi nudari vtubꝫ ꝯspicit. ad solam miscōie spem recurrat. ⁊ eo nudari non finat. quo se a virtutibꝫ humiliter nudū putat. Qui ⁊ si fortasse aliqua virtute in temptationē detegit infirmitatez tñ p̄riam agnoscens ipse melius humilitate vestit. ⁊ valde robustius qui steterat cum sibi fine adiutorio diuīo cessat tribuere qđ habet. hec grego. ¶ Notandū etiam q̄ ad humilitatem veram ꝯsequendam maxime valet exemplū nostri redemptoris qui se humiliauit p nobis carnem assumēdo ⁊ in eadē multa opꝓbria ⁊ passiones sustinendo. vt nos doceret suo exēplo qui puluis sumus non alta sapere sed timere ⁊ humiles esse. De hoc dicit beatus ber. O homo intuere humilitatis ⁊ mansuetudinis speculum dīm nostꝝ ihesum xp̄m vniuerse creature factorē. tremebundū iudicez viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. ante pedes tuos ꝯfundere in superbia tua. erubesce in impatientia tua. Quid em̄ magis mirandū. quid amplius detestādū. quid grauius puniendū. q̄ q̄ videns filium dei summū in regno celoꝝ nouissimū factum in regno hoīm. apponat tñ ad hoc magnificare se homo super terram Dicit etiam beatus aug. Ecce hēmus humilitatis exemplū. superbie medicamentū. quid igit intumescis o homo. pellis mortua quid extenderis. O fames fetida quid inflaris. princeps tuus ē humilis ⁊ tu superbis. caput bumile ⁊ membꝝ superbum. hec aug. Videmus igit q̄ magna sit virtus humilitatis. ꝓpter quā edocendā tanta sustinuit dei filius De qua sic ꝺt beatus bern. Quanta vtus humilitatis ꝓpter quā edocendā is qui sine estimatione magnus est vsq̄ ad passionē factus ē puus. hec ber. Si vero non possumus sequi exemplū nostri redēptoris eo q̄ ipse sit deus ⁊ homo ⁊ dñs virtutū. sequamur saltē vestigia seruoꝝ suoꝝ hoc est precedentiū patꝝ qui fuerūt hoīes sicut ⁊ nos. ⁊ tñ extiterūt in sanctimonia vite p̄fecti. ⁊ in vtute humilitatis p̄eclari. qz qui aliorū bona veraciter pensat. sua opa magno humilitatis radio illustrat. De hoc beatus gre. sic ꝺt Ille nāq̄ cordis sui oculū per elatōis fuie tenebras extinguit. qui cunq̄ cū recta agit ꝯsiderare melioꝝ vitam negligit. Aliter ꝯtra magno humilitatis radio sua opa illustrat qui alioꝝ bona subtiliter pensat. qz dū ea que ipse fecerit facta foris ⁊ ab alijs ꝯspicit. eum qui de singularitate intus erumpe nitit tumorem superbie p̄mit. magna quippe q̄ agimus q̄si mimima ducimus cū hec p̄ fortia exēpla pensamus. sed tunc apō demum crescunt p meritū cū apud nosmet ipsos p humilitatē decrescūt. hec gre.

¶ Unde necē est q̄ qui in vtute humilitatis p̄ficere desiderat. vt exēpla sanctoꝝ viroꝝ ꝯspiciat. atq̄ in eorum ꝯpatione se pensans. se pcrōrem esse deprehendat. Si em̄ plene intelligere appetit q̄lis est. talis mimiꝝ dz cōspicere qualis non est vt ex bona ⁊ scā ꝯuersatōe alioꝝ colligat quantū ipē a vita vtuosa atq̄ p̄fecta distat. Justoꝝ q̄ debemus ꝯspicere vitā vt subtiliꝰ deprehendamus nostrā. qđ quidē facere electi nō cessent. melioꝝ nāq̄ vitā ꝯsiderant ⁊ idcirco se hūiliant. ⁊ si q̄d p̄rauitatis deprehendūt in p̄fectā ꝯsideratō

nem mutant. Ista tangit beatus greg. xxiiij.moral. exponens illud. Respiciet homines & dicet peccaui sic ōt. Nullus se peccatorē cognosceret. si iusticiam nō haberet. Nemo quippe fortitudinem suā nisi cū rectus esse ceperit dēprehendit. nam qui omnino puersus est nec hoc potest videre qđ est. qui vo peccatorez se intelligit. iam ex pte aliqua iustus eē inchoauit. atq; id qđ non iustus fecerat. ex eo q; est iustus accusat. q; accusatione sua deo inhærere inchoat. dū rectū otra se iudicium pferens hoc in se qđ illi sentit displicere ostendat. Recepta ergo iusticia sua. dicat homo iste peccaui. Et notādū q; dicit vel ꝑmittit respiciet homines Et tunc in de subiungit & ōt peccaui. ideo em̄ nō nulli peccasse se nesciūt. q; homines nō attendunt. nam si ꝓsiderarent homines citius cognoscerent. quantū peccando infra homines cecidissent ¶ Sed notādum q; hi solummodo vocantur homines qui iusticie rōne suffulti sunt. & irrationabilia iumēta noiant hi. qui carnali delectationi deseruiūt Recte de quolibet peiōre ōt Respicit homines & dicet peccaui. ac si dicat sanctoz viroz exēpla ꝓspicit. atq; eoz ꝓpatione se pensans iniquū se eē deprehendit. qui eī plenissime intelligere qualis est appetit. tales minit debet ꝓspicere. qualis non est vt ex bonoz forma metiat. quantū ipe. deserto bono. deformis ē. Ex his quippe quib; plenissime bona assunt ꝑpendit. que sibi minus sunt. atq; in illoz pulcritudine conspicit feditatem suā quā in ipo & ꝑt perpeti & sentire nō ꝑt Lucem namq; ōz ꝓspicere. qui vult de tenebris iudicare. vt in illa videat. quid de tenebris estimet. ꝑ quas videre ꝑpendit. Peccatoz namq; si incognita vita iustoz semetipm ꝓspicit. peccatorē se nullatenus deprehendit Videre em̄ se non ꝑt. q; fulgorē lucis nesciens cū seipm ꝓspicit quid aliud q; tenebras attendit. Justoz igit ꝓspicere debemus vitam vt subtiliter deprehendamus nostrā. illoz viz spēs quasi quedam nobis forma imitanda ꝓmittit.

¶ Diua lectio est sanctoz vita in storum & bonoz Ui non immerito hi idez iusti in sacro eloquio libri noiantur. sicut scriptū est . Libri aperti sunt & alius liber apt̄us est. qui est vite & iudicati sunt mortui. ex his que scripta erant in libris. Liber nāq; vite est ipsa visio aduenientis iudicis. in quo quasi scriptū est oīe mandatū q; quisquis eum viderit mox teste ꝓscia. quicquid non fecerit intelligit Libri etiā aperti referunt. q; iustoz vita tūc ꝓspicit. in quib; mandata celestia ope impressa cernuntur. & iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris. quia in ostensa vita iustoz quasi ex passione libz orum legunt bonum. quod agere ipsi noluerunt. atq; ex eoz ꝑ que fecerunt bonum ꝓpatione damnant. Ne ergo vnusquisq; tuncvidēs eos. qđ non fecit desleat quod quidē electi facere nō cessent meliorum namq; vitā considerant & deteriores vsus ꝑuersationez mutāt Electi ḡ vt assequi summa valeant inspecta odorifera & cādida vita iustoz faciant Jam quidē videre deum fitiunt. iam de eius cōtemplatione saciari caritatis estib; inardescūt. & q; in hac vita posiri nec dum valent precedentium sanctorum viam incedere. interim ꝑ patrum exemplispascunt. tamdiu quippe refici iustoz exemplis indigemus. donec pfectis vite mortalitatis vmbras eterno die aspirante trāseamus. cū em̄ huius tpalitatis vmbra trāsacta ac mortalitatis fuerit inclinata. quia ipius diei interim lumē cernimus nequaq; iam ap

petimus vt ad amorem eius per alios exempla flagremus. nunc autē q2 nec dum eum intueri possumus summope necesse est vt eos qui eum perfecte secuti sunt ꝯspectis actionibus imitemur. Intueamur ergo q̄ pulcra ē agilitas sequentium. ⁊ videamus q̄ turpis sit ebetudo pigroꝝ. Etiam namq; cum bene agentiū gesta respicimus nosmet ipsos ꝯfusione intima vlciscente iudicamus. mox verecundia mentem ꝯcutit. mox iuste seuiens reatus addicit ⁊ velut metet hoc etiā displicet qđ adhuc forte asse turpiter libet. Cū bene ad ezechielem dr Fili hois ostende domui israhel templū vt ꝯfundant ab iniquitatibꝫ suis ⁊ metiant fabricā ⁊ erubescāt ex omnibꝫ que fecerunt Templū quippe dei filijs israhel ad ꝯfusionē ostendi tur q̄ vniuscuiusq; iusti anima quā inspirando deus inhabitat quāta sancti tate fulgeat ad ꝯfusionē suam peccantibꝫ demonstrat. vt in illa bonum qđ negligunt videant. ⁊ in seipsis malū qđ operant erubescant. Ueritiuero fabricam est pensare subtiliter vitam iuste. sed dū me timur fabricam nccē ē vt ex cunctis que fecimus erubescam? q2 bonoꝝ vitam quanto subtilius pensando discutimus. tāto seuerius in nobis omnia iniq̄ gesta reprobamus De ne aūt ꝓphete dr vt ostendat templum q2 enim iustoꝝ rectitudinem peccatoꝝ ꝯsiderare dissimulat. saltem ad vocem predicantis agnoscat. Templū quippe peccatori oīdere est sponte sua ꝯsiderare. nolentibꝫ opera rectoꝝ narrare. Qui itaq; sicut diximus ꝓduci ad summa desiderant supestvt meliorib ꝓfectibꝫ intendāt. quatenus tanto districtius in se culpas dīudicent quanto in illis altius qđ ammirent videt. Sed quid ista de peccantibꝫ dicimus cum ipsos quoq; operatores iusticie tā ta, puchi dispensatione videamus Alius namq; habet donum scie. ⁊ tñ adhuc tē mire abstinentie non pringit. Alius magne abstinentie virtutē attingit ⁊ tñ summa scie ꝯtemplatōne non dilatat Alius spiritu ꝓphetie valz oīa futura prenoscere. sed tñ per curatōis grām nō valet presentis molestie mala subleuare. Alius per curationis gratiā mala presentis molestie subleuat. sed tamen quia spūm ꝓphetie non habet quid sequat ignorat. Alius indigētibꝫ multa iam ꝓpria largiri potest. ſz inuste agentibꝫ obuiare libere non ꝓt Alius inuste agētibꝫ audacter ꝓ deo obuiat. sed tñ indigentibꝫ que hꝫ tribuere recusat. Alius iam se ab ocioso sermone restringēs. lingue lasciuiam supat. sed tñ adhuc insurgentes ire stimulos perfecte non calcat. Alius īsurgentē iram edomat. sed tñ adhuc linguā ad leticiam relaxat. Quid est hoc ꝙ iste eo bono indiget quo alius pollet. ⁊ ille cū multis polleat habunde. alīs bonū adesse ꝯsiderat qđ sibi deē suspirat. nisi ꝙ mira nobiscū dispensatione agit. vt per hoc qđ alter hꝫ ⁊ iste non habet. vnus alteri melius ostēdat quatenus tanto ardentius ad humilitatē quisq; ꝓficiat. quanto ex bonis q̄ non habet inferiorē se hec habentibus pensat. ficq; fit vt dum ille in isto. atq; hic in illo respicit qđ ammirer distincta bona eos ⁊ ab altitudine elatōis reprimant ⁊ ad studium ꝓfectus accēdant. magna namq; sollicitudine ad curā nostre meliorationis attingimus qñ id virtutis in alīs cernimus qđ nō habemus Unde ⁊ ezechiel ꝓphēta cuz volantia animalia descripsisset. adiunxit. ⁊ vocem alaꝝ animalium percutientium alteram ad alteram. Quid nā q; alas aīmaliū nisi virtutes debemus sentire sanctoꝝ. qui dū terrena despi-

a mortuis iam non moritur. adhuc per hanc in suo misterio, p nobis itez patitur. nã quotiens ei hostiam sue passionis offerimus. totiens nobis ad absolutõem nãz passionẽ illius repamus lauare ꝙ lacrimis maculas pcrõz. elemosinis tergite. sacris hostijs expiate Nec gre. Debet ꝙ quilibet sacerdos in quocũq; gradu vel religione existat cũ timore & reuerentia ad tm̃ misterium huius sacramenti celebrandũ & sumẽdũ accederẽ. vt p hoc salutẽ ꝓsequi valeat aĩe sue Ad qd̃ hortat beatus augu. sic dicens Animaduertite vos sacerdotes cũ quanta puritate timore & reuerentia debeatis accedere ad illud sacrificium. ad qd̃ xp̃s accessurus patri volens sanguinem fudauit. in quo sacrificio ipe sacerdos est & sacrificiũ mirabiliter & ineffabiliter. hec augu. Et notandum ꝙ potestas sacerdotũ & dignitas valde excellens est. nã sm̃ beatum bernñ. Credimus ꝙ nõ est potestas post deum sicut potestas vra. O vos sacerdotes a deo vobis ꝓcessa est O inquit venerãda sacerdotũ dignitas intra quorũ manus velut in vtero marie dei filius incarnat̃ qd̃ p vos pater & filius & spũs sanctus mirabiliter operat̃. Sup hoc taz insigni priuilegio vestro stupet celũ. terra mirat̃. horret infernus. contremiscit diabolus. veref homo. venerat̃ angelica creatura. ꝙ vno eodẽq; momento deus ipe qui p̃sidet in celo in manib vr̃is est in sacrificio. O venerabiliũ sanctitudo manuũ. O felix exercitiũ. O vere mũdi gaudium. vbi yma summis ꝓiũgunt̃. cũ xp̃s tractat xp̃m. s. sacerdos dei filium cuius deitie sunt esse cũ filijs hoim̃. hec bernñ. Ex quib colligit̃ quanta dignitate deus ꝓtulerit sacerdotib. quã etiaz tangit idem beatus bernñ. sic dicens. O quantam dignitatẽ ꝓtulit deus sacerdotib quanta est p̃rogatiua sacerdoralis ordinis. p̃tulit em̃ eos regib oĩb & p̃ncipib terre p̃tulit ordinẽ hunc sacerdotalẽ oĩb hoĩbus. imo vt altius loquar p̃retulit eũ angelis archangelis thronis dñationib oĩbusq; angelicis ordinib. hec bernñ. Nec mirum ꝙ sacerdos cũ sit homo & creatura creatorẽ suũ quodãmõ creat. qñ officium missepagit & celebrat. Qñ idẽ dt ille qui creauit me dedit mihi creare se. qui creauit me fine me creat̃ mediante me. hec bernñ. Cum igit̃ tam magne dignitatis & excellẽtie sit ordo sacerdoralis ipe & ordinẽ sacerdotes officiũ misse sacrosanctum celebrando mõ debito & congruo executi fuerit. Sic viceuersa magnũ crimins est & dedecoris si quod absit sacerdos indigne tractat corpus nostri saluatoris Quod clarius tangit beatus bernñ. sic dicens. O sacerdos ornatus quotidie efficitur sepulcrum xp̃i tuum quo ergo ex ore tuo egredit̃ falsitas. p quo ergo ex ore tuo egredit̃ veritas. quomodo oculi tui respiciunt vanitatem. qui respiciunt veritatem. quare manus tue ad illicita extendunt̃. que tenent tenentẽ oĩa. quomodo te ingurgitas ebrietate qui semp plenus esse debes sobrietate. hec bernñ. Sed quod peius est sunt pch dolor nõnulli sacerdotes. qui postpoto timore se tradunt incontinẽtie & luxurie. & tamen p̃sumunt ad xp̃i mensam accedere eiusq; sanctũ corpus polutis manib tractare ac immũdo fune re. Audiant hi quid de eis narrat beatus aug. sic dicẽs Si sacerdotib vasculiũ vginis statuet in altari ydolũ venens. & cũ p̃fert verba canonis os eius plenus est amaritudine & dolo & q̃uis oret cum labijs. tamen exputt in faciem saluatoris & cum p̃sumit sumere dñicũ corp̃ ĩ os polluti melius ei eẽt

ꝛ minus ꝓccaret si illud ꝓpoñceret in lutum. hec aug. Et beatus bern. de eodē ficait. Turpissimū est manus deo dicatas ꝛ sacro crismate ꝓsecratas putē dis ingerere mulieꝝ ꝛ post hoc corpus dñi sanctissimū cuꝫ eis tangere. O q̄ temerariū. q̄ nephandū est pollutis manib⁹ filiū tractare deum. ꝛ immūdis osculari labijs ꝛ ore sordido sumere. Que mēs nō rapit ad excessum. q̄s oculus nō erubescit. cuius auditus nō reuereat. vbi mundi salus ꝓdicit in sterquilinio. in os videliz indigne sumentis Tales sacerdotes indigne corpus dñi tractantes ꝛ sumentes magis dicunt q̄ hi qui eū crucifixerunt in terris. q; illi semel eū crucifixerunt. Illi vero quantū in eis est quotidie crucifigunt. Unde item beatus aug. in ꝑsona dñi dicit. O ꝓccatorꝛ tu sacerdos indigne tu me amplius affligere noli peccatis tuis. plus enim me leditvulnus ꝓccati tui q̄ vulnus lateris mei X Item idē. Magis delinquunt qui iaz regnantē in celis ꝓtemnunt. s. indigne tractantes ꝛ sumentes corpus xp̄i. q̄ qui crucifixerunt eū ambulantez in terris. nō quasi crucifixores. sed quasi tanti sacramenti indigni ꝓfectores. ꝛ ꝓesumptuosi ꝓceptores. q; illi semel crucifixerunt. isti vero quātum in eis est eū quotidie crucifigūt indigne tractantes ꝛ sumentes. Et beatus ambro. Qui indigne sumunt corpus xp̄i idem est ac si interficiant. hec ambros. Non solū aūt qui in sacris ordinibus sunt ꝓstituti. deꝫ etiam oēs fideles dñt magnam diligentiā ꝛ studiū adhibere ne vnq̄ indigne ꝛ maxime ī peccatis mortalib⁹ accedant ad sacrosc̄m xp̄i corꝓis sacr̄m. q; tales ꝑ hmōi indignā sumptōem totā trinitatē inhonorant. Unde beatus amb. Hoc pollutus dis in cor accipiat q̄ nō solū corpus xp̄i impie lacerat. sed totam trinitatē coadunatā corꝓi atrociter inhonorat. Et vt ōr beatus bern. De hoī illi cui ꝑ ter pctā sua salus mundi iudicium est. cui vita morꝫ est. cui absolutio damnatio est. cui gr̄a ira est. cui calix ꝓpiciatiois vas est indignatōis. hec ber. Nā qui indigne corpus ꝛ sanguinē sumpserit iudiciū sibi mād ucat ꝛ bibit. Un̄ cassia. Qui carnalib⁹ oblectatus quotidie voluptatib⁹ fuerit ꝛ dulcedīe. ipsumq̄ cibū sumpserit sc̄ē eucaristie in damnatōem sibi ꝛ iudiciū sumit ꝓna litatis eterne. nec mir. q; vt ōr beatus aug. Cristū ꝓculcat qui libere peccat. ꝛ qui eum absq̄ timorꝫ indigne ꝓcipit. Talis aūt homo ꝓut dicit hilarius deum ad vindictā ꝓcitat. sanctosa se fugat. hostē suum letificat. suam vitā abbreuiat. corꝓus xp̄i indigne lacerat ꝛ manducat. hec hila. Non solū aūt hec mala sed etiā alia q̄plurima indigne accedēs ad sacr̄m corꝓis xp̄i incurrit. Indigna nam q̄ coīo hoīem ꝓccatis illaqueat. damnatōem ꝓpat. ꝓxīm scandalizat. mentē excecat. temptatōni subiugat. deū irritat. vitā tempaleꝫ breuiat. gratuitis ꝛ eternis bonis ꝛpoliat. De his ōr per singula in ps Fiat mensa eoꝝ coram ipsis in laqueuꝫ. ecce ꝓmū. ꝛ in retributiones. ecce secundum. ꝛ in scandalum. ecce terciū Obscurent̄ oculi eoꝝ ne videant. ecce quartum. ꝛ dorsum eoꝝ semp̄ incurva ecce quintum. Effunde super eos iraz tuam. ecce sextum. Fiat habitatio eoꝝ deserta. ecce septimū. Et in tabernaculis eoꝝ non sit qui inhabitet. ecce octauū Cum ergo tot mala indigne tractātes vel sumentes corpus dñi incurrūt. necesse est ꝑsm aplm vt vnusquisq̄ se ꝑ ber ꝛ examinet qualiter ad illud terrificum sacrificium digne accedat.

Filius.

Audito igit̄ piculo indgine tra/ctantium ac pcipientiuz corpus dominicū. nūc de fructu ⁊ utilitate quā assequunt̄ hi qui in statu gratie illud sacrosanctum corpus xp̄i pcipiant cupio informari.

Ca. .XXIIII. A

Hoc pcipue sci/re debes q̄ aīa nullam salutem assequi poterit fine huius saluti/feri cibi xp̄i corpis viz digna sumptione. Teste remigio qui dicit nulla ē nobis salus corporis ⁊ anime absq̄ carnis ⁊ sanguinis susceptōe. in hoc em̄ sacra/mento vt dr̄ richar. de sancto victore. tota salus pfistit fidelis aīme. q̄ oēm gratiā quā hz homo. mediante xp̄i sa/cramento illi tribuit. Ūñ beda dr̄. Dē donū celestis gratie sancta eucharistia tribuit̄ mediante. Unde notanduz q̄ dñs noster declarare volens magnam caritatez quā erga nos habet non solū ad videndum sed etiā ad palpandū ⁊ comedendū seip̄m nobis tribuit. Ūñ crisost. Hoc fecit xp̄s docens nos ad maius amicicie fedus suamq̄ caritatem declarans erga nos. p̄stans se nō solum videri defiderantib9 sed ⁊ palpari comedere ⁊ amplecti. hec crisost. Tractare aūt ⁊ māducare corpus xp̄i est vitam eternā habere. Unde ipe dominus dr̄ panis quem ego dabo. caro mea est p̄ mundi vita. Et bene dr̄ vita. sicut em̄ vita naturalis est in membris eo q̄ vniunt̄ capiti a quo recipiunt influentiā sensus ⁊ motus. sic in fidelib9 qui sunt membra xp̄i vita spūalis conseruat̄ eo q̄ vniunt̄ capiti xp̄o per hoc amoris sacramentum. Bene aūt dicit mūdi q̄ alia sacramenta solū pficiūt ip̄i recipienti. solus em̄ baptisatus recipit grām baptismalē ⁊ non alt̄. Sacramentum aūt eucharistie non soluz pficit sacerdoti sumenti sed etiaz toti ecclesie etiam illis qui sunt in purgatorio. Et ratio est q̄ eucharistia nō est tm̄ sacramentū sed ⁊ eccīe sacrificium in quantū ꝓtinet xp̄m passum. Et ideo dū offert̄ ab ipso sacerdote, pficit oīb9 xp̄i fidelib9. si aūt sumat̄ alio modo fi/cut a layco tūc solū pficit sumenti. q̄ officiū eius est non offerre sacrificium sed tm̄ sumere sacramentū. Sequitur Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meū sanguinē habet vitam eternaz. s. post hanc vitam. aut dr̄ dici hz vitam eternam etiam in p̄nti. sicut em̄ cibus corporalis non solum nutrit ⁊ ꝓseruat vitam. sed deducit etiā ad pfectā quā titatē ficvsus sacramenti pducit homi/nem ad gratie ꝓsummatōem que ē gloria eterna. Et hoc est q̄d dr̄ Qui manducat meam carnem non tm̄ sacramentaliter sed etiam spūaliter pcipiens effectū sacramēti habet vitam eternam q̄ habet deus inhabitantem qui est vita eterna. Ad hoc etiā in p̄nti vita pa/uulis est hec mensa cū in illa sumat̄ hec eucharistia. que quidem liberat a ma/lo ac conseruat in bono. deler venialia cauet mortalia. huius etiā virtute sacramenti vniuerse virtutes augentur. ⁊ oīm gratiaꝝ fructus exuberāt. Ubi sciendū q̄ eucharistia sacramentum est vnionis q̄ p eius susceptionez omnes efficimur vnū in xp̄o. Et ideo bene spūalis manducatio vocat̄ ꝓmu/nio p ipsam namq̄ sanctam ꝓmunionē quasi membra incorporamur xp̄o. Ūñ dicit damascenus. Propterea ꝓmunio dr̄ ⁊ est vere q̄ ꝓmunicamus ⁊ vnimur ad inuicem p ipsam xp̄o. ⁊ p̄cipamus carne ⁊ deitate q̄ ex vno pane assumimus oēs vnum corpus ⁊ vnuz sanguinem ⁊ membra generamur in/corpati xp̄o. hec damas. Ūñ primus ⁊ principalis eius effectus eius iam

vnitū corpori cristi mistico p caritatē magis vnire. magis āt vnire est tripliciter. quia aut quis vnitur maiori vinculo vt ille magis qui habet maiorē caritatem aut qr eodē vinculo vnit strictius vt ille qui scōz eundē habitū fervencius amat aut qr eodē firmius vt ille qui in eodē habitu est magis radicatus. Dicit ergo hoc sacramentuz magis vnire qr digne accedētem reddit feruenciorem. Et ex hoc p reddit caritatem magis ignitam. adiuuat ad sumēdum peccati venialis rubiginē. Et ex hoc p magis firmat adiuuat ad vitādū omnia scelera ꝛ recte adiutori umvtriusqz valet ad augmentū virtutum ꝛ maxime caritatis. feruor eī caritatis. qnottidie minuit venialia. ideo oportet p hūc cibū restaurari pditū. hoc eciam esca spiritualis ī illis qui salubriter percipiūt eā ꝛ sensum munit ab illicitis ꝛ in grauioribz peccatis custodit omnino a consensu. Uñ cū aliquis rarius solitovel minius sentit motus viciop graciasagat huic sacramento. qr hoc opat in ipo. ¶ De hoc bea. ber. sic dicit. Duo sacramentum corpis dñi opat in nobis. vt videlicet sensum muniat. ꝛ in grauioribz peccatis tollat oīno sensuz. Ubi gratia. Si quis nostrū nō tam crebros vt solebat nec tam acres sustinet iracūdie motus inuidie luxurie ac ceteroz viciop. gracias agat corpi ꝛ sanguini dñi nostri. qm̄ virtus sacramēti opat in eo. hoc ber. Maz post bñ cibi sacri luberrimi perceptōnem fit homo māsuetior ad correptōz. potencior ad laborē. feruēcior ad devotionē. ac devotior ad ceteraru virtutū opacōz. effectū aūt ꝛ virtutē bñ sacrosancti sacram̄ti sic dicit beatus Ber. Corpus cristi ē pegrinantibz dieta. egrotis medicīa debiles ꝓfortat. valentes delectat. lāguores sanat. sanitatē ꝓseruat. fit homo mansuetior ad correptōz. potencior ad laborem. ardentior ad amorem. sagacior ad cautelam. ad obediētiā promptior. ad graciaꝝactōz devotior. hec ber. Igitur accedamus ad hūc spūalē cibū qui est panis vite ꝛ cor hominis confirmat. hic est panis vite qui ergo vitā māducat. mori nō pōt. accedite igit ad euz ꝛ saturemī qr pānis est accedite ad eū ꝛ illuminamī qr lux ē. accedite ad eū vt liberemini. qr vbi spūs dñi ibi libertas. accedite ad eū vt absoluami quia remissio peccatorum est. hec ysidorus Et sciendū p sicut filius recipit vitaz a patre sic qui vnitur cristo p corpis illius perceptōnem habet vitaz a cristo sed differenter De qua differētia tho mas super iohānē sic ait. Filius pit vnitatem quā habet a patre recipit vitam a patre. ergo qui vnitur xpo habz vitam a cristo sed differenter. nā filius habet ꝓprium qr sic est a patre p tam recipit totam plenitudinē divine nature intm̄ p quicquid est naturale patri sit etiaz naturale filio. Creatura vero accipit aliquā pfectōz ꝛ vitam particularem. idest participatā nō autē essentialem qd ipm̄ est vita in quolibet aūt genere rep qd est p essenciā est causa eop que sunt per participatōz sicut ignis est causa oīm ignitop. Qd igit per essentiam est vita. causa est ꝛ prīncipiū oīs vite. Sicut igit pater pria causa est vite viuenciuz. ita ꝛ filius. p autem dicit. Sicut misit me viuēs pater loquitur d processione sua a patre cum vero dicit Qui manducat me et ipe viuet ꝓpter me. loquit de pticipatione corpis ꝛ sanguinis sui q nos efficimur meliores hec Thomas. D

Considerādum est etiam vt ait Hugo q̄ sapia increata vicz xp̄us ihesus dominus noster qui sem p̄visibilia manifestat voluit oīdere quo ipa aiarū cibus ⁊ refectio est. Et p̄terea carnez assumptā nobis in eduliū p̄posuit i sacramento vt p cibū carnis ad gustū inuitaret diuinitatis .hec hugo. Igitur ihesus xp̄us in sacramēto verus cibus ē. ⁊ vere gustabilis. vt p gustū corpis eius puenīat ad gustū diuinitatis ei? q̄z ipa est via scōm humanitatē ad ei? diuinitatē. Sūme aūt necessariuz est ad hec vt ad gustū intime diuinitatis p̄tingatur p corpus cristi in sacramento. q̄ sensus corpalis aliquo sensibili signo determinet ⁊ foueat. ⁊ intellectus lumīe supnaturali fidei p̄fortetur ⁊ vt voluntas caritate inflāmet. ⁊ sic per manducatōz corpis cristi spūalez ad gustū abscondite diuinitatis p̄tingatur. Unde dns dt. Ego sum hostiū vicz sensui corpzali p signa sēsibilia monstratū. Ego sum hostiū intellectui p fidem rectā reseratū. Ego sum hostium voluntati p caritatem feruidā apztuz gustatū ⁊ inhabitatū. Ego inquit dns suz hostiū scz sensui corpzali p signa sensibilia monstratū in sacramento scz p sensibiles spēs sacramētales panis ⁊ vini. ℰ Unde dt Hugo Ne humana infirmitas contactū carnis in sumptione horreret idō sub cōsueti edulij spēm illam velauit in sumptōe corpis ⁊ sanguinis xp̄i ex diuinitate xp̄i ⁊ ecliā intellectus credendo ⁊ affectus diligēdo determīate dirigeretur ad cibuz quem pater signauit sub spēbus panis ⁊ vini. que eciam signāt perfectōz esse ⁊ sic sumendam p̄posuit vt sensus in vno foueret ⁊ fides in altero edificaretur .refouentur em̄ sensus in vno duz solita tantum ⁊ p̄sueta perceperit Edificat aūt fides in altero. dum in eo qō videt quale sit illud quod nō videt agnoscit. hec hugo.

℣ Ego sum hostiū intellectui p fidem p̄fectam reseratū. vñ crisostom?. in tractatu d̄ simbolo sic dicit. Fides est lumen anīe. ostiū vite fundamētuz vite eterne. Et ysaie septio fm vnaz translatōz dr. Nisi credideritis nō intelligetis. Ergo p fidem intratur ad veritatis cognitionem. Et augu. supio hānē dicit. Noli itelligere vt credas sed crede vt intelligas. Intellectus ei est merces fidei. Fides mūt teve in tellectus repleat te. hec Aug. Intellectus em̄ humanus sine radio fidei circa diuina q̄si cecus est. Unī īpossibile est vt intellectus intelligat corpus xp̄i vt existit sub spēb; sacramētalib; nisi lumine supnaturali certissime fidei illuminet ⁊ dirigat. alias non videbit ri uulos fidei butiri ⁊ mellis. Ait iob qō exponens bea. gregori. moza. dic Butirū nascit ex carne ⁊ signat xp̄i humanitatē. Mel vero descendit ex aere siue roze ⁊ significat xp̄i diuinitatem. Ex his duob; fluūt riuuli p̄ceptoris diuinitatis humanitatis ⁊ p̄templatōis diuinitatis quos solū fideles in tanta plenitudine q̄nq; p̄cipiūt vt videant qō dicere nō valeant. attīgit em̄ fides inaccessa .ait Bern̄ sup cantica q̄z p fidē intellectus illumīatus ⁊ p̄fortatus attingit hāc veritatem indubitāter q̄ xp̄s vere est in sacramento ⁊ veritas vere in xp̄o. Ut̄ huius sacramēti misterium nōnūq; dat agnosci quozūdam velo rōnabiliū cordiū ⁊ si nō sp tñ q̄nq; ex spēalitis cordib; ⁊ si nō sp tñ q̄nq; ex spēali gratia. vt quodāmō ineffabiliter p̄cipiant veritatem huius sacramēti per gratiā eis infusam. p quā cognoscit q̄s huius ineffabilis sacramēti veritatē existentiā ⁊ p̄sentiā vt p tunc fiatur ⁊ res putet transisse in vrā p̄fectum

tamq; ꝓgmitõz. In hac aũt felici hora cũ talis mirifica ꝓgmitõ cor possederit homo deuotus in magnã ꝓpunctiõz & deuotionẽ rapit. Nã si peccator aliqñ fuit p suis excessibꝫ in lacrimas resoluit. qz suũ iudicẽ & qui iudicat viuos & mortuos principaliter in hoc sacramento adesse sentit. Si vero aliquis minus excessit vel ea que ꝓmisit per lõgaz pẽitenciã sufficienter vel non fit accepta fiducia de spẽ & de introitu celestis patrie in magnã anĩ exultatõnem & feruidã deuotionẽ cordis exurgit & inardescit. qz illũ in hoc sacramẽto adesse ꝓgnoscit. qui vitã & gloriam eternã suis dilectoribꝫ post hãc vitaz dare ꝓsueuit. Et quanto quis corde et corpore mundior fuerit & in religiosa vita pfectior tanto habundãcius huiusmõi gratia pfruet. hoc tñ non scõz ꝓmunẽ cursũ fit cũ oĩm sciaꝫ elementa & pricipia hẽ excedat ꝓgmitõ. Nec etiã ipis quidẽ carissimis hec gratia semper adest do melius eis p fidei pricipia ꝓuidente sed solũ interdũ cum vis anĩe ad supna rapit & ad celestia misteria ꝓgnoscenda eleuat. put tunc diuina gratia hec vel his similia dignatur mõstrare. que reuelat occulta & ad inuisibilia & archana secretorũ dei extollit. a quibꝫ tñ cũ auulsus fuerit rursus redit ad ꝓsueta fidei sacramenta seu magis documẽta peccatorꝫ pene ignarus. Jrẽ sequit ego sum hostiũ vniuntati p caritatẽ feruidã aptũ gustatõ & inhabitatũ. qz qui manducat carnẽ meã & bibit sanguinẽ meum in me manet & ego in eo. hec aũt manducatõ fit spũaliter. mãducare itaq; spũalit est attingere ad rem huius sacramẽti

¶ Res aũt huius sacramenti ẽ duplex. qz vna cõtenta & figmificata & hec est xps integer qui ꝓtinet sub spẽbus panis & vini. Alia est res figmificata et non ꝓtẽta & hec est corpus xpi misticũ qđ est ecclesia. Ille igit manducat spiritualiter qui xpo ꝓiungit p fidẽ & caritatez. Fides aũt ptĩet ad ꝓgmitõz caritas ad refectõz. ideo etiã vnitur corpori xpi mistico scz eccie. Ex ista autẽ manducatõe oritur attingentia spũal alias xpo nõ incorporatem. dũ carnẽ eius gustamus. De ista incorporatõe bea. aug. sup iohãnẽ sic dt. O sacrũ pietatis. o signũ vnitatis. o vinculũ caritatis. qui vult viuere accedat credat & incorporet vt viuificet. Et hugo de sancto victore. sup septimo ãgelice iciarchie sic dt q; ista manducatio dr viuificatõ est q2 vnũ secũ efficit oĩes quibus se pbet sumendum. Dicat igitur manducans illud. Can. quĩto Comedi fauũ cũ melle meo. Fauus sicut dicit origenes. Est cera virginea cellul distincta melle repletis igit quid est aliud comedi fauum cũ melle meo nisi mãducaui corpus virginee carnis dilcissima diuinitate repletũ. & sic p gustum humanitatis puenit ad gustum diuinitatis. Cui quisquis est religiosus & huius sacramenti saporem tibi inexpertũ experiri desideras. cura anĩmam tuã prius abstrahere a negocijs secularibꝫ a vicijs & carnalitatibꝫ. vt eius sumptõz pcedat. pfunda ꝓtritõ & pura ꝓfessio. Item q; actualis deuotõ potius te trahat ad hoc sacramentum q; indulta consuetudo. Ardẽtissimis etiã affectõibꝫ ac sanctissimis meditatõibꝫ tanq; rosis rubescẽtibꝫ & lilijs albescentibꝫ hospiciolũ cordis tui adorna & thalamũ tanto sponso perterã pacem cordis ꝑpara. Et cũ ꝑsentẽ susceperis intra cordis brachia ipm reclia per exclusionẽ omnis terreni & carnal amoris & inclusionẽ sponsi celestis vt merearis vniri cũ ipo & videre & gustare q; suauis est dns. Felix qui hoc gu-

ſtu interno ꝓcipere meruit. qui hꝰc ꝑ
ꝝā experientiā magis ꝙ ꝙ verba vel
ſcripta ꝓgnouit. ¶ In hac felicivmone
ſi ꝓceſſa fuerit ꝺſup ineffabilis pau
ſatio raptica ꝓtēplatō ⁊ inuſitata fru
icio illius ſūmi ⁊ ꝺre pñtis bom. que
aīam ſurſum trahat ad purā ꝓtēplati
onē ꝺilecti pauliſꝙ transmigrare faci
at. gracias referat homo bonarū oīm
largitōnū nec ſe verbis effūdat. ſed ſe
cretū ſecrete teneat. ⁊ cū ꝓfundo coꝛ
dis gemitu i hanc wcē erūpat ⁊ ꝺicat
ꝺre tu es ꝺeus abſcōditus. Et ꝙ ocu
lus nō vidit nec auris audiuit nec in
coꝛ hoīs terrestris aſcendit. nō ſolum
que ꝺeus electis ſuis in futuro reſuat
ſed nec ea que in hac vita ſuis amato
ribꝫ ꝺare ꝓſueuit. ¶ Uñ q̄ ꝺig
ne ad hꝰc ſacramentū accedit ⁊ ſumit
maximū ex hꝰc gaudiū in coꝛde ſuo ꝙ
cipit. Teſtaſ hꝰc ꝺea. berñ. ſic ꝺicens.
Qui ſanctā euchariſtiā ꝺigne ſumit.
nunc̄ maius gaudiuꝫ in tota vita ſua
refrigeriū quoc̄ exꝑtus fuit. c̄ qꝺ in
ſumptōe coꝛpis ⁊ ſanguinis xꝝi fide
liter ꝺegustauit. hꝰc ꝺer. ¶ Nec mirū qꝛ
ꝙ ꝺignā coꝛpis xꝝi ſumptōꝫ mens ꝺe
uota transmutaſ in ꝺeū. ⁊ coꝛ gracia ꝓ
fonte ꝓtaſ. Uñ hylarius. ¶ Digne ac
rite creditꝫ mens illa ſancta tota in
ꝺeū ſalubriter transmutaſ que ꝺigna
ſancte euchariſtie ꝺemonſtraſ. ¶ Item
fulgēci⁹. ¶ Qui ꝺigne ſctāꝫ euchariſti
am miſerit in coꝛ ſuū. in ipo ꝙculdu
bio fontes grāꝝ fluent ⁊ refluēt in eter
nū. ¶ Ytez damaſcenus. ¶ Qui ꝺigne per
eſum coꝛpis ⁊ ſanguinis xꝝi incoꝛpo
ratus xꝝo fuerit vnus cū xꝝo īcoꝛrup
tus ⁊ floꝛidus pmanebit in eternum.
¶ Notandū eſt eciā ꝙ inter oīa ꝺo
na nulla gꝝa tā valēter accēdit ī amo
rē ꝺi. quēadmodū coꝛporis xꝝi ꝺigna
ſuſceptio. ¶ Ꝺe hꝰc ꝙ quendā ſic ꝺr. No
ta ꝙ ꝑe oīb alīs gracīs xꝝi coꝛpis
coīcatō in nobis accendit caritatem.
¶ Qui em̄ panē calidū ꝺe clibano iā ac
ceptū comederit. cū panevticꝫ ſume
ret ⁊ caloꝛē. ¶ Sic qui coꝛpus xꝝi come
ꝺit in clibano coꝛdis ſui. in maxīa ca
ritate ꝺecoctū. in eaꝺē comedit etiam
caritatē. ¶ Ignitus quippe amoꝛ ꝺei ſu
ſcipit in coꝛpe ei⁹ quo ſumpto ⁊ nos
inardeſcimus ⁊ ipm̄ ſemꝙ amplius
eſurimus. hꝰc ille ¶ Hec vero eſuries
quanto maioꝛ fuerit tanto maioꝛē ca
ritatē in hoīe accēdit. ⁊ quanto quis
maioꝛē caritatē habuerit. tāto coꝛp⁹
eius intimius ⁊ validius māducabit.
Teſtaſ hꝰc anſelmus qui ſic ꝺr ¶ Sacra
mentum ꝺñici coꝛpis ille plus mādu
cat. qui plus amat. ⁊ plus amādo rur
ſum ⁊ plus manducat ⁊ plus ⁊ plus a
mat. licet huius amoꝛis in hac vita ñ
niſi vt pignus quoddam accipiamus
plenitudinē eius in p̄mtū in futuro ſe
culo expectātes. hꝰc anſelmus. ¶ Quā
uis em̄ ꝓfecti viri cū magna habūdā
cia gratie hꝰc ſumant ſacramētū. nul
la tñ eſt ꝓpatio gratie ad eternā gloꝛi
am in quā angeli ⁊ ſanctoꝝ anie ꝺeuꝫ
ꝺident facie ad faciem. ⁊ vgustāt ꝺul
citer eterna xꝝi munera. ¶ Ꝺe hꝰc ꝺea.
Ber. in ſermōe ꝺ cena ꝺomini ſic ait
¶ Ubi apponiſ veritas ſed in ſacrañ
to. angelus ex adipe frumenti ſagina
tur ⁊ nudo grano ſaturaſ. me oꝑtet
interim quodā ſacramenti coꝛtice eſꝰ
ſe ꝓtentū carnis furfure. palea littere
fideiꝙ velamine ⁊ hꝰc talia ſunt que gu
ſtata afferūt mortē. ſi nō te ꝓmicꝰs
ſpūs quātulūcūc̄ accipiunt ꝓdimen
tū. qꝺ fit ꝑ ꝺonuꝫ intellectus. ¶ Demi
c̄ abſc̄ ſpū ſacramentū ad iudicium
ſumiſ qꝛ caro nō ꝓꝺeſt et littera oc
cidit ⁊ fides ſine opibꝫ otioſa vel moꝛ
tua eſt. ſed ſpiritus ſanctꝰ eſt qui viuifi
cat. vt viuamus in eis. ¶ Quantalibet
aūt habundancia ſpūs noſter pingue

scat non tamē pari iocunditate sumi
tur corpꝰ sacramenti ⁊ adeps frumē/
ti fides ⁊ res memoria ⁊ p̄sentia eter
nitas ⁊ tps vultus ⁊ speculuꝫ ymago
dei ⁊ forma serui. nempe in omnibus
fides est locuples. intellectus vo pau
per. hec Bern. ℟ Sed ⁊ hoc con
fiderandū ꝙ sacra communio ⁊ pcep
tio huius salutiferi sacramenti nō so
lum facit in dei amore feruentes sed
etiaꝫ redd it homines ad resistendum
temptamentis dyaboli fortiores quia
malignus spūs cū perspexerit hospici
um cordis vnuscuiusq; deuoti per ho
spitem forte occupatū. intelligit ꝓpter
diuinā p̄senciā locū ad temptandum
sibi esse p̄clusū ⁊ iō quodā pcussus
timore ꝯfusus abscedit. Unde dicit ysi
dorus. Suscipe dominū ihesū tue mē
tis hospicio. cū aūt aduersarius tuus
hospiciū tuū viderit occupatū celestiꝰ
fulgore p̄ficie intelligit temptamētis
suis intercluſuꝫ esse p cristū. Hec ysi
dorus. Nā scōm ꝙ ōt Crisō. Ut leo/
nis flammā spiritātes. sic ab illa men
sa discedī? terribiles effecti dyabolo.

Filius

Quio etiā hoc scire an scꝫ hoc sa
cramentū deleat venialia. ⁊ vtrū
possit homo accedere ad cōionē sanc/
tam in venialibus peccatis

Capitulum XXV Pater

Dic debes qō
sacramentū corporis domini
ci maxime efficacie est. qz homo cū ac
cedit ad hoc sacramentum sumendo
illud deuote. peccata venialia si que
sunt delentur ⁊ in gratia dñi roborā/
tur. Testat hoc bea. bernū. qui sic ait.
In sacramento altaris peccatū venia
le delet. homo in gratia roborat. ani
ma celesti dulcedīe inebriat. Et notā
dū ꝙ xps semel obtulit hostiā corpis
sui in cruce moriendo p nobis. Nūc
vero vt ōt bea. Augu. Quottidie obla
tio iterat licet xps semel sit passus. qz
quottidie peccamus? peccatis. fine q̄
bus mortalis infirmitas viuere nō pt
⁊ qz quottidie labim̄. quottidie xps p
nobis mistice ymolat. Dedit etiā no
bis hoc salutis sacramētū vt quia nos
quottidie peccamus. ⁊ ille iā mori n̄
potest. per hoc sacramentū remissionē
peccatoꝝ ꝯsequamur. Quottidie cōe
ditur ipe ⁊ bibit inveritate sed integer
et viuus manet. hec Aug. Dic̄ ⁊ de eo
dem beatus Ambro. xps semel vnam
obtulit hostiā corpus scꝫ suū. ⁊ ꝙ hoc
sacrificiū sepius a nobis repetit idez
quottidie causa est nre infirmitatis qz
quottidie peccamus. Si quocienscū
q; effundit sanguis cristi in remissiōz
peccatoꝝ effūdit. debeo illū semp acci
pere. vt semp mihi peccata dimittat
qui semper pecco. semp debeo habere
medicinā. qui em̄ vulnus habet. medi
cinā requirit. vulnus est qz sub pecca
to sumus medicīa est celeste ⁊ venera
bile sacramentū. Hec ambro. ℣
Ubi etiā ꝯsiderandū ꝙ res h? sacram̄
ti est caritas que excitat in hoc sacram̄
to p qō peccata venialia remittūt ma
ior em̄ est virtus caritatis cuius est hoc
sacramentū q; venialiū peccatoꝝ. De
hoc thomas de aquino sic dicit. In sa
cramento cristi duo possunt ꝯsiderari
vicz ipm sacramentū ⁊ res sacramēti
et ex vtroq; apparet ꝙ hoc sacramentū
habet virtutē ad remissionē venialiuꝫ
peccatoꝝ. nam hoc sacramentū sumi
tur sub specie cibi nutrientis. nutrim̄
tum aūt cibi est necessariū corpori ad
restaurādū id quod quottidie depdit
ex actiōe caloris naturā. spiritualit
autem a nobis quottidie aliquod dep
ditur ex calore ꝯcupiscentie p peccata
venialia. que diminuūt feruoreꝫ cari

tatis ⁊ ideo ꝓpetit huic sacramẽto. vt remittat peccata venialia. Ũñ ambro. dicit ꝙ iste panis quottidianus sumitur in remediũ quottidiane infirmitatis. Res autem huius sacramenti est caritas nõ solum quantũ ad habitum sed etiã quantũ ad actũ. qui excitatur in hoc sacramẽto. ꝑ quod venialia soluuntur. Ũñ manifestũ est ꝙ ꝑtute huius sacramenti remittunt peccata venialia. ⁊ si non ꝓtrariant caritati quãtum ad habitũ ꝓtrariant tamẽ ei quantum ad feruorem actus. qui excitatur in hoc sacramento. rõe cuius peccata venialia tollunt. Maior est virtus caritatis. cuius est hoc sacramentum. q̃ venialiũ peccatorũ. nã caritas tollit ꝑ suũ actũ peccata venialia que tamen ñ possũt totaliter ꝑpedire actũ caritatis et eadem racio de sacramento. hec tho.

¶ Utrum tñ aliquis accedere debeat ad hoc sacramentũ in peccatis venialibus. Sciendũ ꝙ si quis in peccato veniali fuerit ⁊ habet graciã cõicandi aut missam celebrandi prius debet dolere ꝓpunctõm cordis ⁊ orationes. ⁊ habeat bonũ ꝓpositũ de cetero non peccandi. ⁊ securus confidens de dei misericordia ⁊ pietate accedat Ũñ bea. Augu. q̃uis quis mordeat veniali peccato. tamen de cetero nõ habeat voluntatẽ satisfaciat lacrimis ⁊ oratiõnibus ⁊ confidens de dñi miseratiõe ⁊ misericordia accedat ad eucharistiam intrepide ⁊ securus. hec augusti. Ũñ dicit beatus Ambrosi. Illi indigne sumũt hoc sacramentũ eucharistie qui vel sunt in criminibus. id est mortalibus peccatis vel sine penitentia de venialibus idest quadã securitate ⁊ negligẽtia de venialibus nolunt penitere. hec Ambrosius. ¶ Et notandum ꝙ corpus cristi quattuor modis sumit. Quidã em̃ spũaliter tm̃. vt qui accipiunt rem sacramenti id est graciã ⁊ nõ ipm̃ sacramentũ corpis. De hoc modo sumendi dicit bea. Ambro. Crede ⁊ manducasti ideſt corpi cristi mistico i corpatus es. Quidã accipiũt sacrãm taliter tm̃. vt cõicantes i peccato mortali. quidã spũaliter ⁊ sacramentaliter vt qui cõicant in gra ꝑcipientes rem et sacramentũ. Quidam nec spũaliter nec sacramentaliter vt qui nec rez nec sacramentũ ꝑcipiũt. primi nõ mãducantes manducant. scõi manducãtes mã non mãducant. tercij mãducãtes mãducant. quarti nõ mãducãtes nõ mãducãt. Ubi aduertendũ ꝙ bonus viꝝ q̃ cristi carnem ideſt sacramẽtũ ⁊ rez ideſt corpus cristi sub sacramẽto ⁊ ñ rem spũalẽ sumit. Utriq̃ tm̃ vrã carnem ⁊ verũ sanguinẽ cristi accipiunt. Ũñ bea. Augu. Est quidem in peccatoribus ⁊ indigne sumentibus vera cristi caro ⁊ verus sanguis sed essentia non salubris efficientia. hec augusti. Quia malus sumit cristi corpus ad iudiciũ ⁊ damnatõm. iustus vero ad eternam salutem. De indigne sumentibus dicit Origenes. Corpus quidẽ ⁊ cristi sanguinẽ in damnatõm sibi sumũt tã mẽtis q̃ corporis. qui absq̃ gustu accedunt interne dei dulcedinis ⁊ amoris hec Orige. Ũñ illi solũmõ dicunt vi tutem carnis cristi sumere ⁊ vere manducare qui spũaliter manducãt. quod affirmat bea. Ambro. sic di. Qui mãducãt spũaliter virtutẽ carnis ⁊ sanguinis cristi dicũt sumere ⁊ vere mãducare. q̃ ipm̃ corpis cristi efficaciã quotidie sumunt in remissionẽ peccatorũ hec Ambrosius. Idcirco non habens vitam spũalem spiritualiter nutrire non potest in sumptõe corporis cristi. vñ dicit Egidius. Sicut monstrum esset naturaliter et contra naturam ꝙ

aliquid nō viuens corporaliter. cibus manducaret aliquē corpalē. ita monstrum est ⁊ contra naturaz. ꝙ aliquis nō viuens spūaliter sumat hūc cibum sanctuz ⁊ spūalem. Cibus nāq; spūalis similis est cibo corpali in hoc ꝙ sine ipō vita spūalis esse nō potest. sicut neq; sine cibo corporali vita corpoꝛal. Sed amplius hz ab eo. qz causat etiā indeficientem sumenti qđ cibus corpoꝛalis nō efficit. nō em̄ qui corpalez cibum sumit semper viuet. spūalem vero cibuz qui digne sumit habet vitam eternam. Hec Egidius Igitur vt dicit beatus Augusti. super ioban. Edamus inquit cristi carnem nō tm̄ in sacramento qđ etiam multi mali faciūt sed vsq; ad spūs pticipacōm manducemus. vt in domini corpoze tāq; mēbza maneamus ⁊ eius spū vegetemur hec Augusti. ℙ Diligenter quoq; ⁊ hoc ꝓsiderandū est ꝙ aliqua sunt peccata venialia. que in nullo impediunt effectum huius sacramēti. ⁊ sunt nonnulli que nō ex toto impediūt eūdem effectum sz in parte. ⁊ causaz isti⁹ clarius assignat Thomas de aquino sic dicens. Peccata venialia dupliciter accipiunt. vno mō ꝓut sunt ꝓterita. alio mō ꝓout sunt acta exercitata. Primo mō venialia peccata nullo modo impediunt effectū huius sacramenti potest nanq; ptingere ꝙ aliquis post multa peccata venialia ꝓmissa deuote accedat ad hoc sacramentū. ⁊ plenarie eiusdem sacramenti ꝓsequat effectū. Scđo modo peccata venialia nō ex toto impediunt effectū sacramenti sz in parte. nam effectus huius sacramēti non est solū adeptio habitualis gracie vel caritatis sed est quedā actualis refectio spūalis dulcedinis. q̄ quidez impedit. si aliquis accedat ad hoc sacramentū mēte distracta p peccata venialia. nō aūt tollit augmētum gratie habitualis vl caritatis. vñ ille qui cū actu peccati venial accedit ad hoc sacramentū habitualiter quidē manducat ⁊ spiritualiter sed nō actualiter et ideo habitualē h⁹ sacramenti effectū ꝓcipit nō aūt actualē. Ex quibꝫ colligere possumus ꝙ aliqs exñs sine mortali peccato ⁊ accedēs ad hoc sacrañtum in peccato venali ⁊ tñ faciens qđ in se est vicz volēdo de hoc ac ꝓpoꝛōes sed ad hoc aptando ⁊ si talis nō sentit actualē deuotionē in ꝓceptōe sacrañti habitualiter. tñ manducat spūalit̄ et ideo habitualē effectū huius sacramenti ꝓcipit. Er cuius venialia peccata nō tollāt effectū huius sacramenti vt dictū est. tamen maius bonū est si homo ꝓfessionē ⁊ alia remedia eē ab hmōi peccatis se studeat emēdare qz quanto quis cum maiori puritate coꝛdis ac coꝛpis ad hoc sacramentum ꝓcipiendū accesserit. nō dubiū quin maiozem gram ⁊ vberioꝛē fructū spiritualium bonoꝝ ex hoc reportabit. verendū nāq; debet esse anie deuote. cuz ad celeste sacramentū sumendū accesserit. ne celestis sponsus ad ipz venies aliquam maculā cuiuscūq; peccati eē venialis quantū possibile est inueniat qz per cōionē sacrā illi copulat̄. cuius pulchritudinē sol ⁊ luna miranť. Vñ scoz apostoli dictū mūdemus nos ab omni inquinamento carnis ⁊ spūs ꝓficientes sanctificatōz ī timoze dei. vt ei⁹ ꝑticipatiōe digni efficiam̄ qz nihil purius ea mente esse debet. que in dei habitaculū ꝓparanda est. Sed ⁊ hoc notandū ꝙ omnipotens deus ꝓpter suam pietatez ⁊ misericordiā nō abhoꝛret etiā eos. qui in maxīis flagitijs carnaliū īmundicias ⁊ voluptatū aliquā do fuerunt nam tales nonnūq; post cōuersionē ⁊ pactā pēnitentiam ac vite

emendationē nō solū nō verentur sed ommino audent tractare ⁊ sumere corpus dominicū i suaꝝ salutē aiaꝝ. De non puersis hēa. Ber. sic ōt. Qui puritatis auctori in puro corde ⁊ corpore ministrantes sunt. mirū ꝙ non verent stare ante se angelū dñi. qui fecerit eos medios ⁊ disperdat de terra viuentiū sed ommino audent agmi immaculati ꝓtingere carnes ⁊ intingere in sanguinē saluatoris manus nephandas. quibus paulo ante pch̄oloꝝ carnis meretricis attractauerāt. hec Ber Filius

Informari etiā desidero de hoc vtrum melius sit frequēter accedere vel rari⁹ ad hoc celeste sacramētū.

Capitulum XXVI Pater

Videtur qd̄ super hac questione non possit omnib⁹ dari regula vniformis. ratio est qz varia sunt merita singulorꝝ. diuersa opum studia. differentia desideria. ⁊ multiplices sanctispūs operationes. atq; diuersi status. ⁊ gradus i religione. Et ideo sicuti in egrotantib⁹ non vna potest forma seruari in dādis medicinis corpis ꝓter diuersitates ꝓplexionū aut virtutū aut loci aut temporis aut diete aut aliaꝝ ꝓsideratōnuz pro quibus aut rarius aut sepius aut i minore aut maiore quantitate aut eadem medicina dat. ita em̄ de medicina spūali que corpus xpi intelligēda est. mundialibus ei curis occupati rarius se possunt expedire ad illud recipienduz. q; qui tm̄ spūalibus intenti sunt. ⁊ alq; magis ⁊ alq; minus sūt circūspecti in custodia vite sue moruz ac conscie puritate. alq; etiā ardēciori desiderio ad illius salutaris cibi perceptionem trahunt. alq; quodāmō terrētur cū accedere debent. ⁊ nisi ꝓscia vrgeret ⁊ ꝓsuetudo religionis. vel timor maioris elongatōis a deo ipelleret. ⁊ ualde accederent ad illud terrificū sacramentū. vix tñ aliquis religiosus aut sanctus ea videt excepti sacerdo tibo. quin semel in ebdomada ei suffi tiat ex ꝓsuetudine cōicare. nisi specialis causa qñq; plus suadeat. vt in infirmitatib⁹ ⁊ supueniens singulariter solemnis festiuitas vel inuisitate deuotō mis intemperata desiderij sitis ꝓ illius susceptōe. qui solus sufficit ardorē amātis refrigerare. ⁊ qz talis ardoris impetus nō nisi a spūsancto infūditur. ideo legib⁹ humane ꝓsuetudis et statib⁹ moraliū nō artat. Salubre igit est ⁊ vtile ꝙ homo ad illius sacramenti susceptōz sepe se ꝓparet. ⁊ quāto deuotius valeat illud ꝓcipere studeat. ⁊ post susceptiōz in studio deuotionis se cōseruet attencius maxime religiosi. ⁊ qui se deo obtulerūt ad ꝓfuerue seruiendum. Sic em̄ erūt in maiori custodia vite nostre sue ⁊ ꝓscie. duz ⁊ a festodiavite nostre sue ⁊ ꝓscie. duz ⁊ a festodia vite nostre sue ⁊ ꝓscie. duz ⁊ a festodia et post eucharistie ꝓceptōez ob reuerenciam eius studeant magis innocentius viuere ⁊ studio deuotionis freq̄ntius intendere. Et licet aliq̄n aliquis trepidet tamen ꝓfidens de dei misericordia fiducialiter accedat. qz qui se indignuz reputat. cogitet ꝙ tanto magis eger necesse habet requirere medicinam. quanto magis sentit se egrotū non est opus valentibus medicus sed male habentib⁹. ⁊ ideo queras te iuste gere xp̄o vt tu sanctificeris ab ipo nec ꝓterea ꝓtermittēda est sacra cōio. si quādoq; homo non sentit gratiā deuotōis cū se ad illā ꝓparare studet. vel cū i ipa ꝓceptōe l' post se forte minus deuotū sentit q; vellet. attēdere nanq; debz vnusquisq; diligenter ꝙ hoc pietatis sacramentu fidelib⁹ in remedium est institutū. Et iō q̄ncūq; homo facit qd̄ pōt abilitando se ad gram sufficit

nec requirit deus ab hoīe qđ viderit sibi esse ipossibile. Qñ cūq igit suscipiens dñicū corp? fac hoc qđ p eius pietas supplet p gram hoc. ad qđ puenire fine gra nō p. Et iō ceteris paribus accedēdū est ex p fidētia diuine pietatis pocius q ex p sideratōe p prie fragilitatis abstinēdū q uis vtq p loco t pe reddat p mēdabile. nēpe egrotus festinat ad medicū. t pauper diuitis pulsat ad ianuā accede pulsa nihil hic sitās medicus ē pūssimus distributor largissimusq remunerator. ipeq solo ꝓbo ēstaurat omnia. sua pētia curat vulnera. medet corda. tristitiā depellit. t cordi leticiā tribuit. Quis g tā inconsulte dicere audeat. q hi q sunt spūalit infirmi non dēant accedere ad deū. qui hūanos languores tulit infirmitates nras ipe portauit. Ecce mulier imunda accessit retro t tangens eū sanata ē. peccatrix dū eius osculat pedes est mūdata Chananea duz sequtur nec destitit exaudita est. Leprosi accedentes curati sūt. Ceci demoniaci paritici t cuncta nature monstra duz credūt t accedūt salutē p sequūt. naz hic de illo exibat t sanabat oēs sz t publicani t peccatores dū a pinquāt ad dandā remiā merēt. q nymo p uiuiū eor ñ spernit. qui nō venit vocare iustos sed peccatores. Qñ nō icōuenienter dicit. q sicut aduentus eius in carne fuit in saluatiōz peccatoz sic t salutaris hec hostia fit fidelibus collata in remissionē peccatoz. Qñ christus in vltia cena in institutōe hic salutifere sacramēti sic dicebat. hoc est corpus meū qđ p vobis tradet. Et hic est calix qui p vobis fundet in remissiōz peccatoz quapter homo cū fecerit qđ in se est secure accedere ad hoc sacrāmtū absq trepidatōne i fide t i caritate. nihil hesitans đ ipi? pietate. Qñ graue est vt dt beatus Ambro. q ad mensaz dñi mundo corde t manib innocētib nō veniamus. sz grauius est si de peccatis metuimus eriā si sacrificiū nō reddamus. cū magna ergo deuotōe t reuerēcia ad hoc sacramētū est accedendū t iđo si aliquis quottidie se ad hoc paratum inuenit marie sacerdos. laudabile est q quottidie sumat. Qñ beatus Augustinus cū dixisset accipe qđ quottidie tibi p fit subiungit. Sic vive vt quottidie merearis accipere Et quidā pater mōachor appolonius monebat vt si fieri posset. quottidie cōmunicarēt monachi. ne q se lōge facit ab his longe fiat a deo. R Et notandū q reuerencia huius sacramenti timorem habet cū amore. Qñ timor reuerencie ad deum dicitur timor filial Ex amore nāq p uocatur desiderium sumendi. ex timore autem consurgit būilitas reuerēdi t iō vtq q p riet ad reuerenciā huius sacramenti t q p tinue sumat t q aliqñ abstineat. Qñđ dt bea. August. Quottidie eucharistie communionē accipe nec laudo nec vitupo. Itē dicit licet dixerit quispiam quottidie accipiendā eucharistiaz sic alius affirmat quottidie faciat vnus q sq qđ scđz fidē suā pie credit esse faciēdū. neq ei litigauerūt iter se zacheus t cēturio cū alter eor gaudēs suscepit dñm. alter dixit nō sum dignus vt intres sub tectū meū ābo saluatorē glorificātes. quāuis ñ vno mō. amor tñ t spes ad q sēp scriptura nos p uocat p ferūt timori. Qñ cū petrus dixisset Exi a me dñe q nr hō peccator sū rndit ihs? noli timere. Circa sacerdotes tñ p t hec forma teneri. vt nec nimis raro nec semp p tinue t iptermisse sanctaz hostiam studeant ymolare. nimis eñ p tinue celebrare aliquā notare videt irreuerenciam. cum raro aliquis taz

deuotus sit qui sempꝑ eadē deuotione
ferueat ⁊ cū tam debita sempꝑ reuerē-
cia illud faciat ⁊ cordis ardore quin
aliquando tepeat quātulūcūqꝫ nimis
etiā raro celebrare quāuis ex reueren
cia soleat aliqñ fieri ⁊ ex humilitate.
tamen torporē qñqꝫ nutrit. q᷑ minus
circūspectus homo est tunc in omnibꝫ
quasi nō indigere videat᷑ custodia sui
cū non ꝓponit accedere ad mensaȝ cri-
sti humilitas etiā non est vsqꝫquaqꝫ se
cura ꝓpter quā diu se hic subtrahit q᷑
sicut non est dignus sepe corpus cristi
accipere ita nec semel. iō em̄ cū recipi
mus non quasi digni sumus sed vt il-
lo nos sepe visitāte ⁊ habitaculū cor᷑
et corꝑis nostri subītrante magis dig
ni efficiamur. Quo em̄ introierit be-
nedicet de⁹ sicut oliȝ domui ebeth edō
benedixit ꝓpter archā dn̄i in qua mā-
na seruabat᷑. sic ⁊ nos suscipiamus eū
in templū cordis ⁊ corꝑis cristi. vt be
nedictōȝ eternā ab ip̄o cōsequamur.
Sed ⁊ hoc ꝯsiderandū ꝙ nō nunqꝫ ec̄
deuoti cū se ad hoc sacramentū ꝑcipi-
endum p̄parant ⁊ quāuis numerū cō
suetum psalmoꝝ ⁊ etiā oratōnū ꝑsol-
uant ⁊ se ꝑ ꝯfessionis lauachrū expur
gent. corde tn̄ duro ⁊ affectu remanēt
frigido. nec gratie sp̄ualis gustum ali
quem ꝑcipiunt ¶ Circa qd̓ sciē
dum ꝙ multis causis atqꝫ modis du-
ricia talis aniam deuotā affligere con
sueuit. vt ex ꝓptoꝝ existat sententia sed
hoc vnū timendū est. vt qñcūqꝫ ꝑ dili
gentem inquisitōȝ aliquis eideȝ duri
cie causam dedisse se nō inuenerit. sȝ
qd̓ suuȝ erat fecerit ad hoc sacramētū
ꝓut potuit se abilitādo ⁊ si supꝑ hoc m̄-
tis duriciā ꝑmissiōe diuina emiserit.
qui electos suos mille mōis tribulare
ꝯsueuit. nō debet aliquē res hec frāge-
re. nec se notabiliter ꝓpter hmōi cau
sam a salutari hoc sacramento subtra
here sciens ꝙ diuina pietas salutē ani
me sepius secretissime ⁊ fidelissime o
peratur. cū solo dei subsidio anima in
mitit᷑ nec aliqua dulcedine sp̄uali ful
citur nō minus qꝫ si ꝓsperitate sp̄ua
lium charismatū afflueret nec tamen
in his se prout oportet caute teneret.
Et iō interdū gr̄e tales vtilius subtra
hunt᷑. vt subtracte auidius repetant᷑.
⁊ recepte cautius ꝯseruent᷑. vt sic ani
ma dilecta in humilitatis scala exerci
tetur. Porro vnū diligenter attenden
dū scȝ ꝙ hic sapor sp̄ualis p̄missus ac
intim⁹ quidā gustus nō est debitus si
dei effectus nā est p̄n̄tis tp̄is sed ē eter
ne beatitudinis ⁊ cū alicui dat᷑ i sacra
mento vel extra gr̄as agat ⁊ pacienter
sustineat sciens ꝙ nō est i potestate ho
minis sȝ sūmi ⁊ benignissimi dei largi
toris. qui nō ꝓut quisqꝫ vult sȝ qñ pla
cuerit dabit ꝓut iudicauerit ad laudē
esse sumpsius ac suscipiētis vtilitatem
Sed ⁊ hoc notādū ꝙ illud sacra
mentū ē ita copiosū ⁊ infinitū. vt quā
to magis ꝑcipiat᷑ tāto ꝑticipās quod
am mō capatior efficiat᷑ ip̄i⁹. Vñ ex hoc
sacramēto sepe ꝯtigit ꝙ q̄nto ex timo
re iordiato se quis notabili⁹ subtrax
erit tāto d̓ die i diē differēdo maiorē
indispositōȝ incurrit. Melius g᷑ cete
ris paribꝫ accedere ex amore qꝫ absti
nere ex timore. meli⁹ ē singul᷑ ebdoma
dis vel ec̄ diebꝫ accedere cū vera hūi
litate ⁊ ꝓprie iꝑfectōis ꝯgnicioē. qꝫ se
mel in anno ex ꝓprie iusticie p̄sumptō
ne. sic tn̄ accedere dȝ vt ad illud sacra
mētū sumēdū prius se studeat cū d̓uo
tōe q̄ p̄t ⁊ cordis puritate p̄parare. O
qꝫ multi sunt q nō adhibēt nec curant
pōderare sacramēti h⁹ virtutē ac hūili
tatē ieffabilē accedūt q̇dā arida q̇dā
ducti ꝯsuetudie morē cōicātis sectā
tes festinātes n̄ vt accedāt sȝ vt ꝯcedāt
festinātes. n̄ ex affectu d̓uotōis sed ex

defectu diuini feruoris ⁊ ergo sicut fa
tui accedũt sic ⁊ inanes ⁊ fine gratia
recedunt. Et hi sunt sicut animalia nõ
ruminancia. que in lege tã ꝯ imunda
reiciebant. nõ em studiose recogitant
neq; ptractãt quem suscipiunt vel qñ
ta bona seu mala inde sequantur bene
recipiẽtes vel male. Sed ⁊ si forte su
superficialiter ⁊ quasi pfunctorie hoc
eorum memorie occurrerit statim q̃si
parua scintilla in frigido extinguitur
⁊ vltra nõ ꝓparet. ¶ Sed religi
osus quisq; sũmam diligenciam debet
adhibere per morum custodiaz ⁊ vite
sanctimoniam. vt post susceptionem
huius sacramenti nõ solũ nõ appareat
in gratia vacuus sed etiã fructuz salu
tis eterne exinde ꝓseq̃t. X. Hoc
etiã ꝓsiderandũ q̃ diuersi diuersis af
fectib ⁊ intentõib ad cõicandũ tra
huntur atq; celebrandum. alios nãq;
trahit amor dei. vt dilectũ ad se inui
tent sepius. eumq; in ipis amplexẽt.
alios infirmitatis ꝓprie intuitus vt eũ
quasi medicũ ad sewcẽt. p quẽ ab oi
infirmitate curent. alios ꝓscia delic
torũ suoz. vt p eũ quasi p hostiã placa
cõis ab oib peccatis expiati purgẽt.
alios pressura alicuius tribulatõis vt
p eũ qui omnia põt ex omni aduersita
te citius liberẽt ⁊ tutius pteganꝫ. ali
quos desideriũ alicuius gratie vel bñfi
cij impetrandi. p eũ cui pater nihil po
test negare. p se intercedẽti. alios gra
ciaꝝ actio. p diuinis bñficijs cuz nihil
digmus habeat reddere deo. p illis oi
bus que illi tribuit q̃ calicẽ salutaris
accipere idest ihesuz. Alios laus ⁊ ho
nor dei ac sanctorũ. cũ non habeamus
maius quo possumus deũ vel sanctos
suos. p sua dignitate laudare q̃ cristũ
ymolãdo deo patri. Aliquos caritas
⁊ passio. primoꝝ. cũ. p salute viuorũ
et requie defunctorũ nihil efficacius i
terpellet q̃ sanguis cristi. qui p nobis
effusus est. hoc est sũmũ auxiliũ nostꝝ
cũ oramus deũ. vt illum intercessores
inuocemus ac habeamus. qui nos pa
tri reconciliauit ⁊ semp interpellat p
nobis. Cõsiderãdũ insup vtrũ aliqd
aliud q̃ peccatũ mortale ⁊ pcipue no
cturna pollutõ impediat a pceptõe hui⁹
sacramenti seu a misse celebratõe.
A Sup quo sciendũ ꝙm Tho. ꝺ ad
no q̃ ad hoc vt bõ digne accedat ad sa
cramenta tria requirunt. Primo req̃
ritur mundicia ꝓscie. que nõ nisi p pec
catũ tollit. Scõo eleuatio mentis ad
deũ p actualẽ deuotionẽ ⁊ hec per mẽ
tis ebetudinẽ vel occupatõz aut euaga
cõnem interdũ amittit. Tercio mun
dicia corpalis. eciã tractari aliqñ sa
cramentũ ꝓpter reuerenciã manus la
uent. Illã primo ⁊ principaliter pecca
tum impedit. scõo inordinatio seu ebe
tudo mentis. tercio corpalis imũdi
cia ⁊ hec tria ꝓcurrunt qñq; in aliqua
pollutõe nocturna q̃ndoq; duo ex his
qñq; vnũ tm ⁊ scõm hoc homo magis
vel minus impeditur ⁊ ideo distinguen
dũ est de pollutõib. nã pollutõ aliquã
do cõtingit ex illusione dyabolica. aliq
quando ex superfluitate vel ex nature de
bilitate aliquãdo ex cogitatõib pre
cedentib aliquando ex crapula. Di
bus predictis pollutõib cõis est corpa
lis imũditia ſz ebetudo mẽtis ñ est ni
si in illis pollutõib q̃ accidũt cũ ymа
ginatõe qz in illis que sine ymaginati
one accidũt anĩa nihil pticipare vide
tur. nulla aũt dictaꝝ in se est peccatum
qz si i scripturis cũ usus rõis ligatus
sit. nemo peccare põt. Aliqñ tñ põt esse
signũ vl effectꝰ peccati. Ergo ꝓsiderã
dũ est vtruz in casu pollutionis possit
inueniri cogitatio turpium. quando
q̃q; enim cogitatio huiusmodi turpiũ
est sine peccato sicut cum in cogitatõe

in creatura creatorem ⁊ in factura factorē. ne teneat te qđ ab illo factū est. ⁊ amittas eum a quo ⁊ ipa facta es. relinque oēs amores. pulcrior est ipse. qui fecit celum ⁊ terrā. Euelle igit cor tuū ab amore creature. vt inhereas creatori. si aūt deseris eum qui te fecit ⁊ amas illa que facit adulter es. Alia enim deserto creatore amans creaturā adultera est. illius eī amore nihil castius. nihil delectabilius est. illo deserto hanc amplectendo immunda efficeris. O aia vt illius amplexu digna sis dimitte ista. ⁊ illi inhrere stude gratis. noli diligere deū ꝓpter premiū sed gratis cole deū ⁊ ipsum accipies. Quicquid eī aliud deserit minus est q̄ ipe Adhrēs aūt deo aia incipit habere securitatez ⁊ libertatem nec pauores sustinet nec timores Hec aug. ¶ Et scōm beatum hern. Amor extrinsecus cor nostrū nō occupet q̄ nō pōt omisceri veravanis .eternа caducis. spūalia corpalibꝫ. summa ymis. Hñ ⁊ ōt beatus augu. Boni adhuc vtunt mūdo. vt fruant deo. mali aūt fruunt mūdo. vti nolūt deo. Ergo aia deuota cū diuino igne hoc est caritate accensa fuerit. cuncta que in terra sunt despicit ⁊ soli deo intendit. Unđ crisо. Aia cū ignita fuerit igne diuino ad nihilum eoꝝ que in terra sunt de reliquo inspicit. nec ad gloriā nec ad verecundiā sed ad vnaz solā que detinet eam flammā. hec crisost. ¶ Ubi ꝺfiderandū ꝙ aia sine amore non pōt esse. aut eī ꝺcupiscit terrena aut diligit celestia Quod affirmat quedā glosa. ita dicens ꝙ hec verba Qualiscūq; amor sit. vacare nō pt nam si terrenus est. animum ad ꝺcupiscenduz terrena inclinat Si vo celestis est. ad celestia subleuat. ⁊ ad eterna inflammat. alligata eī aia terreno amori viscū habet in pennis volare non potest. sed amor sanctus ab hoc visco solutam ad surrectionē gloriā leuat in ihrlm celestem. hec glo. Nam ſm beatū augu. Aia media inter deū ⁊ creaturas posita ꝺuersione ad deū illuminat. meliorat. pficit. cōuersione ad creaturas obtenebrat deteriorat ⁊ corrūpit. Quia vt ōt beatus gre. Illi q̄ bona tpalia appetunt veluti in nihilum rediguntur. qđ dum manē tem dei essentiam deserunt. diligētes transitoria quasi a domino esse tendūt Hec gregorius. Et vt dicit beatus augustinus Sicut vita corporis anima est. ita vita anime deus ē. sicut corpus expirat cum animam emittit. ita expirat anima cum deum amittit. deus amissus mors anime. aia amissa mors corporis. Et licet corpus nostrum possit mori tū idipsum quo diligimus. s. anima mori non potest. misi dum nō diligit deū cui mors est non diligere deū quod nihil est aliud q̄ ei aliquid diligendo atq; obsequendo preponere. hec augu. ¶ Et notandum ꝙ inter amorem mūdi ⁊ dei hec est differentia nam amor mundi in principio dulcis esse videt sed finem habet amarum sic econuerso amor dei incipit ab amaritudine ⁊ vltima eius sunt plena dulcedine. que affirmat hugo ita dicēs Inter amorem dei ⁊ mundi hec est differētia. ꝙ amor mūdi in principio dulcis esse videt. sed finē habet amaz. Amor vero dei ab amaritudine incipit. sz vltima eius sunt dulcedīe plena. Quod ostendit dominus in euangelio dicēs Omnis homo primo bonū vinum ponit. qđ in sua delectatione falsam quādam dulcedinem sentit. sed postq̄ ferūor mali desiderij mentē inebriauerit. tunc qđ deterius est ꝓpinat qđ spina cōscientie supuenīēs mentē quā prius flere delectabat grauiter cruciat. sz spon

sus noster postremo bonum vinū porrigit. dū mētem quā dulcedine sui amoris replere disponit. quadam prius tribulatōe in ꝓpunctōe amaricari finit. vt post gustū amaritudinis auidius bibat suauissimū poculū caritatis. qz in de peccatoz ꝙ pnitens de mia dei fiduciam habere incipit. ꝙ post longa meroz istedia sancti spūs ꝓsolatōe coz sum relevari sentit. hec hugo. ¶ Sciendum etiam ꝙ cure ꝙ solicitudines impediunt feruorē caritatis. teste beato bernō. qui ait. Fons vite est caritas. nec viuere amiā dixerim que de illo non hauserit. haurire potest qm̄ nisi prius adhereat ipsi fonti qui caritas est que deus est. viuere non pt. Prius igit deo adhereat qui deū amat. in quo esm minus amat absens. pfecto est. In eo aūt minus deū amare ꝓincit. qui carnis adhuc necessitatib occupatur Et quid hec nisi a deo quedam absentatio. ꝙ absentatō quid nisi peregrinatio. ꝙ pegrinamur ergo a dño ꝙ in coz pore pegrinamur. cum nimiz ꝙ intentio pcedit erumnis. ꝙ caritas curis fatigat. hec bernō. Sed ꝙ hoc notandū vt dt beatus ilxro. difficile est aiaz non amare. ꝙ necesse est vt in quoscunqz mens nostra trahat. affectus deum amet. Ergo carnis amoz spūs amore superet. desideriū desiderio restringatur. quicquid minuit ibi. hic crescat. hec ilxro. Et beatus bernō. Sit suauis ꝙ dulcis affectui tuo dñs ilxsus ꝓtra malas vriqz dulcis vite carnales illecebras. ꝙ vincat dulcedo dulcedinē quē admodū clauus clauū expellit. quia sicut moz violēter sepat aīam a corpe ita dilectio dei violenter segregat hoīem a mundo ꝙ a carnali amore. Nec bernō. Quicunqz erno minimā guttam sine gustauerit caritatis. iā ei desipit oīs dulcedo trāsitoria ꝙ sola dulcescit suauitas caritasqz diuina. Qui ergo vt dt bēa. aug. deū desiderat hīc in coz de suo vt amorē suum. oz vt ab oīb rebus terrenis honoribz ꝙ amicis se segregeꝙ ꝑ dñs de oīb que in deo cū deo ꝙ ꝓpter deū sunt diligi. hec aug. Idcirco iuxta dictū leonis pape. Sapiētes aīe quevnū timere. vnū diligere. vnū sperare didicerunt. mortificatis cupiditatib ꝙ crucifixis corpe sensib voluntatē dei sibi prefecerunt ꝙ pre dei amore se nō amant. Cūqz audiunt sibi dimitus dici. post ꝓcupīas tuas nō eas ꝙ a voluntate tua auertere. diuidūt affectus suos ꝙ legē mentis a corpis lege discernūt vt ex quadā se pte sibi denegent pdentes se in his q̄ cupiūt carnal'r. ꝙ inuenientes se in his q̄ spūaliter ꝓcupiscunt. hec leo. ¶ Scien dū etiā put dt hug. ꝙ flāma libidinis est amor carnis. ꝙ eos quos accendit ꝓsumit. Amor vero sapīe lumen hz. sz ꝓsumptōem non hz. Et si accendit frigidos ardentes facit nō tñ ꝓburit. Vñ quilibet pctōr q̄uis ꝓpter culpā pecca ti nimis in corde suo infrigidatus fuerit nō desper. sed per pñiam ꝓuertatur ad dñm ꝙ calorē caritatis xp̄i in se ꝓtinus reformabit. De hoc alexander sic dt. Nemo desperet hoīm. Quantumcunqz esm qui ob culpā frigidus fuerit. dū tñ ꝓuertit caritate xp̄i validius inflāmescit. Et cassiodorus Cū mens a culpa lota fuerit ac xp̄o applicuerit. scintillas caritatis xp̄i in se ꝓtinus reformabit. Considerandum itaqz vt dt hugo ꝙ omnis suauitas. iocunditas. omnis potentia. omnis opulentia creaturaz afficere coz humanum possunt satiare non pñt. Unde beatus ber. Ad ymaginem quippe dei facta est aīa rōnalis. ceteris omnib occupari potest satiari non potest. Capacem dei quicquid minus est deo non implebit. Vñ

est q̄ naturali quidem desiderio summum quiuis ꝓbat appetere bonū intellectū nisi adepto eo nō est requiem habiturus. hec bernā. Ihū dicebat beatus ansel. Omnis creatura que deus non est mihi inopia est. idcirco sancti viri postposito amore transeūtium rerum ⁊ oīm que in mūdo sunt vel qđ carnaliter delectare ꝑt se potius ꝓtuleruntad amandum deum ⁊ ea que spūalia sunt diligentes quendā cibum quendā amplexum quendam lucē spūalem ⁊ quēdam odorē interioris sui hominis vbi veraz requiē inuenire ⁊ assequi possent Detali amore beatus aug. in libro ꝓfessionū fic ait. Quid amo deus meus cū te amo. nō amo spēm corporis. nec decus tpis. nec candorē lucis. istius amicum oculis. non dulces melodias suauiū cantilenaz non florum ⁊ vnguētorum ⁊ aromatū suaue olencia. nō manna ⁊ mella. nō mēbra acceptabilia carnis amplexibꝫ. nō hec amo cū amo deū meum sed qđ amo quādam lucē quandam vocē. quendā odorem. quendā cibum quendam amplexum interioris hominis mei vbi fulget aīe mee quod nō capit locus. vbi sonat qđ nō rapit tempus. vbi olet qđ nō spargit flatus vbi sapit qđ nō minuit edacitas. vbi hęret qđ non euellit sacietas hoc est qđ amo. hec augu. Ecce qūo spūales viri non temporalia ⁊ exteriora sed potius spūalia ⁊ interioza bona diligunt.

Filius.

Qpio etiam aliqua scire de effectibꝫ caritatis Et quid possit homīnē ꝓmouere ad dilectionem dei.

Ca. VIII. Pater I.

Ad excitādum dilectionem ⁊ augmentandā in nobis mihil ita valet sicut frequens ꝓsideratio beneficiorum eius. Testat hoc beatus aug. qui sic dt. Ad dei dilectionem in nobis excitandam. nutriēdam ⁊ augmentandam mihil ita valet sicut beneficiorum eius frequens ⁊ diligens ꝓsideratio. hec augu. De quibꝫ beneficijs dei idem ꝓmemorat dicens in persona cuiuslibet religiosi. O anima mea si cogitare potes q̄ ⁊ quot qualles in comparatione tui abiecti sunt. qui gratiam que data est tibi consequi nonvalebant. audisti certe ab initio vsq̄ nunc q̄z multe generationes hominum transierunt. que omnes sine cognitione dei ⁊ precio sui sanguinis in interitum eternum dilapse sunt omnibꝫ illis redemptor tuus. amator tuus te pretulit. quando tibi gratiaz largitus est. quam nullus illorum percipere meruit. tu sola pre illis electa es ⁊ quare id in te factum sit nulla preter amatoris tui caritatem causam poteris assignare. nec aliquid habes nisi q̄ saluum me fecit quomiaz voluit me. Nunquid fortior. ditior. nobilior. aut virtuosior omnibus illis fuisti. que gratiam electionis ⁊ familiaritatis pre omnibus meruisti. O quot fortiores. virtuosiores ⁊ nobiliores ibi fuerunt ⁊ tamen vniuersi abiecti perierint. hec augustinus. Non solum autem beneficia dei sunt recolenda sed etiam peccata prius commissa per contritionez sunt ad memoriam revocanda. ⁊ quomodo ꝑ misericordiam dei absoluti sumus ⁊ pro tanto beneficio feruentior fit vnusquisq̄ ad deum intime diligendum. Et hoc faciebat beatus augustinus cū fic in libro de confessionum dicebat. Recordari volo transactas feditates meas ⁊ carnales corruptiones anime mee non q̄ eas amem. sed vt amem. te deus meus amore amoris tui facio illud recolēs vias meas neq̄ssimas in

amaritudine cogitatõis mee vt tu dulcescas. dulcedo non fallax. dulcedo felix ⁊ secura colligens me a dispersione mea in qua frustatim discissus sum. dũ abyno te auersus sum in multa euanui Exarsi enim in adolescentia aliqñ ⁊ affici ausus sum vanis ⁊ umbrosis ⁊ putabuit spes mea ⁊ computrui coram oculis tuis placens mihi ⁊ placere cupiẽs oculis hoim. ⁊ quid erat qđ me delectãbat nisi amari ⁊ amare. sed non tenebatur modus ab animo vsq ad animũ. qua tenus est luminosus limes amicicie. sed exalabant nebule de limosa concupiscentia carnis ⁊ scatebra pubertatis. ⁊ obfuscabant cor meũ. vt non discerneretur serenitas dilectionis tue a caligine libidinis. cũ nihil blandius sit tua caritate. nec amat quicq salubrius q̃ illa pre cunctis formosa ⁊ luminosa veritas tua vbi requies certa repitur. tu enim es plenitudo ⁊ indeficiens copia incorruptibilis suauitatis. quies apđ te valde ⁊ vita inperturbabilis. qui intrat in te intrat in gaudiũ dñi sui ⁊ nõ timebit se. sed habebit se optime in optimo Defluxi abs te ego ⁊ erraui deus meus nimis deuius a stabilitate. ⁊ factus sum regio egestatis. hec augusti. Perpendere debet quisq devotus miserationes dñi. quõ eum per suam grãm visitat ac consolat. ac si omniũ oblitus sibi soli intendat. Hanc pietatẽ dñi magnã beatus augu. circa se sentiebat cũ dicebat. Cuius dei miserationes circa me attendo. sic mihi videt si pbas est dicte q̃ amodo nihil agit deus nisi vt saluti mee puideat. ⁊ eum p me occupatũ video. quasi oim oblitus mihi solive lit vacare. hec augu. Item dt. O deus oĩs qui sic vnũquemq curas tanq̃ solus cures. ⁊ sic omnes tanq̃ singulos hec aug. Hec igit iam beneficia pmissa ⁊ alia quecunq fidelibus a deo exhibita dant materiã amandi ipsum deũ Unde etiã beatus aug. p hmõi beneficijs ad diligendũ deũ hortat sic dicẽs Diliges dñm deum tuũ qui peccatis tuis seruire fecit vnigenitũ suum. qui tibi determinauit angelos in ministerium tuũ. qui tibi dedit celũ cum syderibus. aerem cum volatilibus. terras cum animalibus ⁊ germinibus. aquam cuius piscibus. maiorem ergo eius caritati iniuriam facis si dona illius accipis ⁊ dilectionis vicissitudinẽ non rependis Aut ergo dona illius. si potes respue. vel si respuere non potes dilectõis vicissitudinẽ rependе. hec aug. ¶ De effectibus vero caritatis primo sciẽdum q̃ caritas non statim perfecta ẽ cũ nascit in hoĩ vel habet sed nascitur vt perficiat. deinde roborat. vltimo perficiatur. De hoc beatus aug. sup cano. iohannis sic dt. Nunquid mox vt nascit caritas perfecta imo vt perficiatur nascit. cum fuerit nata nutrit. cum fuerit nutrita roborat. cum fuerit roborata perficit. ⁊ cum ad perfectus venerit dicit cupio dissolui ⁊ esse cum christo. hec augu. De hac igit virtute videlicet caritate cum possessa fuerit generant alie virtutes. s. strennuitas mor executio bonor operũ ac ceterarũ virtutum. Unde dicit beatus aug. O felix amor ex quo nascit strennuitas mor. puritas affectionum. sublimitas intellectuum. sanctitas desiderior. claritas operum. fecunditas virtutum ⁊ dignitas meritor. hec augustinus. Caritas cum mentem hominis plene ceperit ad innumera bona eandẽ multifor miter accendit. Idẽ pbat beatus grex. moral. exponens illa verba q̃ multiplex sit lex eius sic dt. Bñ lex dei multiplex dr. q̃ nimirum cum vna eadẽq̃ sit caritas. si mentem plene ceperit. hanc ad innumera opa virtutũ multi-

formiter accendit Cuius nimiz legis multiplicitatez beatus paulus enume rat dicēs Caritas patiens est benigna est ⁊c. Patiens quippe caritas ē. quia illicita mala equanimiter tolerat vel portat. Benigna vero est. qz pro malis bona largiter ministrat. Non emulat. quia p hoc q in presenti mūdo nil ap petit. inuidere successibz terzenis nes cit. Non inflat qz cum premiū interne retributōis anxie desiderat. de bonis se exteriozibz non exaltat. Non agit ppe ram qz querit quo se in solū amorē dei et primi dilatat. ⁊ quicqd a rectitudi ne discrepat ignorat. Non est ambici osa qz quo ardēter intus ad sua satagit foris nullatenus aliena concupiscit. Nō querit que sua sunt. qz cūcta q hic tran sitoria possidet. velut aliena negligit. cum sibi nihil esse ppriuz nisi q secum permaneat agnoscit. Nō irritat. quia iniurijs lacessita ad nullos se vltionis sue motus excitat. dū p magnis labo ribz maiora post premia expectat. Nō cogitat malū. quia in amorē munditie mentē solidans dum oīe odiū radici tus eruit. versare nō finit in animo qō inquinat. Non gaudet sup iniquitate. quia sola dilectione erga oīes inbiat nec de perditōe aduersantium exultat Congaudet autē veritati quia vt se ce teros diligēs per hoc q rectuz in alijs conspicit. quasi de augmento pprij affec tus inhylarescit. Multiplex ergo ista lex dei ē que contra vniuscuiusq culpe ia culum quod perimēdam mētem impe dit instructōis sue munimine occurrit vt qz antiquus hostis varia circūfusi one nos obsidz. ipsa būc de nobis mlti pliciter expugnet Hec greg. Beatus eciam bernardus. verba apli iam me morata ⁊ quedā alia in tractatu de cari tate exponēdo prosequit sic dicēs So la caritas est. que iniurias nō rependit qz benigna est. quaz felicitas aliena nō cruciat. qz non emulat. quā conscia ma la non pungit. qz nō agit pperam. que in honore non extollit. qz non inflat. que in abiectione nō confundit qz nō est ambitiosa. quā cupiditas non coartat qz non querit que sua sunt. quā contume lie non prouocant qz non irritat. quam sinistre suspitiones non fedant. qz nō cogitat malū. quā aliena mala non le tificant qz non gaudet super iniquitate quam errores nō cecant qz congaudet ve ritati. quam psecutiones non frangūt qz oīa suffert. quam pfidia non indu rat. qz oīa credit. quam desperatio nō non absorbet qz oīa sperat. quam mor tis separatio non intercidit qz nunqz er cidit. Quid mirū si morte non vincit que fortis est vt mors imo fortius mor te. que ipsam quoqz mortem mori coe git in morte redemptoris O insuperabilis virtus caritatis. que ipsum quo qz insuperabilem superasti. ⁊ cui om nia subiecta sunt omnibz quodammo do subiecisti. dum victus amore dei factus est obprobrium hominuz. ⁊ ab iectio plebis. propter nimiam em̄ ca ritatem qua dilexit nos continere vl tra non potuit in ira sua misericordi as suas. quo dilectam animam inimi cis exponeret pro amicis suis. vt mor tis timorem pariter toleret ab amicis suis ⁊ vigorem ⁊ contra deum fortis fuit quantum magis aduersus homi nes prevalebit. hec bernardus Ubi no tandum q habentibus caritatem om nia cooperant illis in bonū. Teste beato augustino qui dr. Diligentibz deum oīa cooperantur in bonum. tales em̄ de us consolat̄ psperis ⁊ exercet aduersis. nam ppria ipor infirmitate exercetur humilitas afflictione patientia. contra dictione sapientia. odio benuolentia. hec aug. ¶ Caritas etiam magne

efficacie est. ipsa namq; est salus mor-
morz crimimis vita virtutū. cā merito
tum premiū perfector. De hac pspet
in li. de vita ptemplatiua sic ait. Cari
tas est wlūtas recta ab oībus terremis
ac pfitibz prsus auersa iuncta deo inse
parabiliter. q vnita igne quodammō
spūsancti a quo est q ad quem referf
incensa. inquinamenti oīs extranea.
corruptionis nescia. dine ptemplatio
nis auida. in omnibz sp inuicta. salus
mor. morz criminū. vita virtutū. vir
tus pugnantiū. palma victor. cā me
ritor bonor. premiū perfector sine q
nullus deo placuit. cū qua non potuit
aliquis peccare. fructuosa in penitenti
bus. gloriosa in pseuerantibz. leta in
pficientibz. victoriosa in martiribz.
opposa in omnibz oīno fidelibz. ex qua
quicquid est boni operis viget. hec p
ipse. Unāquamq; ergo aiam vt dr bu
go de scō victo. in qua caritas habitat
supbia nō inflat. inuidia nō deuastat.
ira non dissipat. tristicia mala non de
uorat. auaricia nō excecat. gula nō inflā
mat. luxuria non inquinat. sp munda
est. sp casta est. sp quieta est. sp leta est.
semp pacifica est. sp benigna est. semp
modesta. in aduersis secura. in pspis
tempata. mundū ptemnens. q deū di
ligens. omnia bona amando sua faci
ens. sua omnibz libenter impartiens.
non timens inopiaz. non magnopere
expetens habundantiā. In quo cari
tas dei est semp cogitat qñ ad deū per
ueniat. qñ mundū relinquat. qñ scāda
la euadat. qñ veram pacē inueniat. sp
ad desideratū cor suum bz in superna
eleuatum. Si qñ ambulat. si qñ sedet
si qñ agit. si qñ quiescit. quicquid ege
rit cor a deo non recedit. tacens deum
cogitat. loquens nīl preter deū aut qđ
ad amorem dei ptinet loqui desiderat
Alios ad caritatē colortando inflam-
mat. caritatem omnibz commendat.
qz dulcis amor dei. qz amarus. qz im-
purus sit amor huius seculi non solus
voce sed ope quoq; omnibz demōstrat
Deridet huius mūdi gloriam. sollici
tudinē arguit. qz stultū sit in his q trā
seunt fiduciā habere ostendit. miratur
cecitatē hoīm qui hec diligunt. mirat
quō iam dudum vniuersa hec transito
ria q caduca non omnes ptemnant.
Istis indicijs caritas se pdit. q cos in
quibz habitat non solum intrinsecus
voluntate. sed etiam foris pversatōne
discernit. hec hugo. Qui ergo vt dicit
basilius voluerit veram dilectōem pre
gustare. xpum discat suaviter amare.
qr xps amor est. Amor aūt sm dictus
hugonis. est dulcedo saporis intimi q
quanto feruentius quis amat tanto su
auius gustat. ❧ Et hoc notandū
vt dr beatus augu. qp sola dilectio dis
cernit inter filios dei q filios dyaboli.
Signent inquit se omnes signo sanc
te crucis. cantent omnes alla. baptizē
tur omnes. intrent eccīam. impleant
parietes basilicar. non discernunt fi
lij dei a filijs dyaboli nisi caritate. qui
habent caritatē nati sunt ex deo. Hec
aug. Nam vt dr crisf. Omnes species
iusticie quos habent serui dei in verita
te. pfit habere q serui dyaboli in simu
latione. Solam aūt caritatē spūsan
cti non pfit habere. Ideo hanc prima
tam spēm caritatis sibi seruauit spūs
sanctus. qr per nullius testimoniuz sic
cognoscit vbi sit spūsscūs sicut p grāz
caritatis. hec crisf. Sine ergo caritate
etiā nulla virtus. nec aliqđ exercitiuz
spūale homi pdesse potest. Ideoq;
vt dr beatus bernar. in tractatu suo de
caritate Solus amor est quem deus a
nobis exigit. etiam cum beneficijs ob
ruit. vel flagellis corripit. vel instruit.
vel mādatis astringit plenitudo legis

est caritas. ⁊ lege3 ꝺtinet ⁊ ꝓphetas ⁊ quicq̃d lege ꝺina indicit. vel interdicit ad solũ amorẽ reducit. Solue tribuũ amoris ⁊ ꝺño noueris satisfactũ Quid em̃ inquis nobis ꝓdest tanta in nostro victu pcitas in habitu vilitas. ⁊ disciplina iugis austeritas patenter accipe Quedã sunt caritatis obsequia placentia. si in caritate fiant ac fine caritate nihil ꝓsunt. hec est virtus. in qua nec minimum opus respuit fine qua nec maximũ acceptat nõ ꝓdicatã etiã si linguis fiat angelor. Non fides etiã si montes transferat nec elemosina etiam si omnes facultates meas in cibos pauper distribuã. nõ corpis afflictio etiã si tradaz corpus ita vt ardeat. nec missar. solẽnia q3 ante fratris reconciliationem munus phibet offerri. hec verñ. De hac eadẽ virtute p quendam sic ꝺr. bona opa qualiacũq3 sunt tanto magis meritoria sunt. quãto vicimus ex intimis caritatis visceribꝫ ꝓcedũt Ex quo ꝺtingit ꝙ aliquis in magno ⁊ arduo ope minus meret qñ ex minore caritate facit illud. q3 alter in modico ope qꝺ facit ex amore caritatis feruẽti. hec ille Ipsa etiã vt ꝺr beatus verñ. Vere dulcis ⁊ suauis est. que fessos aleuat. debiles roborat. mestos letificat. iugum demq3 veritatis facit suaue ⁊ onus leue. Caritas rectevt nos vinceret. prius deũ superauit. vulnerauit impassibilem ligauit. insupabilez traxit. incõmutabilem eternũ fecit mortalẽ. Nulla vo maior dilectio. nullus amor fincerior. nullus affectus ardẽtior. nulla caritas sanctior q3 ꝙ mortuus est ꝓ nobis innocẽs. nihil qꝺ in nobis amaret inueniens. hec aũt torũ vt dura corda nostra emolliret. ⁊ insensibiles ac emortuos affectus nostros q̃si excitando suscitaret. hec verñ. Dis ergo caritatẽ habens dei non repescit. q3 vt ꝺr beatus grego. in ome. Nunq3 est ociosus amor dei. opat em̃ magna si ẽ fivero opari rennuit. amor non est. ergo ꝓbatio dilectionis exhibitio est opis. hec grego. Dicit etiam de hoc beatus verñ. O bone ihesu amor tuus nõ est ociosus. qui te diligũt nõ repescũt memoria de te supmel dulcis. meditatio tua pluscq3 cibus suauis. loqui de te plurima refectio. cogitatõ de te pfecta ꝺsolatio. ad hec rere tibi vita eterna. hec verñ. Caritas etiam si cor hominis possederit ꝟm eundem verñ. Libertatẽ ꝺnat. timorẽ pellit. laborem non sentit. meritũ non intuet. premiũ non requirit. ⁊ tñ omnib plus viget. nullus error fic solicitat. nulla ꝑmia fic inuitat. hec verñ. Diligenda est ergo virtus caritatis. q3 vt ait basilius. Omnis qui ꝓssidet eã diues ẽ qua etiã quis caret pauper est. Et beatus augu. Caritas est dulcedo ⁊ salubre vinculũ mentium si ne qua diues pauper est. cuz qua pauper diues est. q3 dilectione dei nihil dulcius. hec us dulce verbũ sed dulcius factuz. hec augu. Quisquis etiã habet caritatẽ vt ꝺr beatus grego. in quadã ome. etiam alia dona pcipit. qui aũt eã nõ hz. etiã que percepisse videbat amittit. Et beatus aug. idem sentit dicens. Attende quanta est caritas. que si desit frustra habent cetera. si assit habent. adde caritatẽ ad oia ꝓficiunt. subtrahe caritatem ⁊ cetera nihil ꝓsunt Caritas ergo est vita virtutum. quã si abstuleris vix tutes illico moriunt. ❡ Unde omnium diuinarũ scripturar. plenitudo est ⁊ plenitudo legis est dilectio dei ⁊ primi. Si non vales oẽs paginas ꝓscrutari omnia secreta scripturarum penetrare. tene caritatẽ in qua pẽdent omnia. hec aug. ❡ Debemus ergo accedere ad deum creatorem nostr. nõ gressu pedum. sed moribus bonis

& sincera dilectione. vt presentiam ipsius in cordibus nostris habere & sentire valeamus ad nostram solatiõem. Unde ite& beatus augu. Ad deum qui vbiq; pñs est. vbi totus est. non pedibus licet ire sed moribus. mores aũt nostri non ex eo q; quisq; nouit. sed ex eo q; diligit dijudicari solent. nec faciũt bonos vel malos mores. nisi boni vel mali amores. Tanto aũt nobis melius est. quanto magis in illum imus. quo nihil est melius. imus vero nõ ambulando sed amando. quem tanto habemus potiorem. quanto eundẽ amo tẽ quo in eũ tẽdimus poterimus hẽ puriorẽ. hec au. Et raba. de eadem sic ait. Nihil terribilius est cũctis demonibus q; cum in dei dilectõe & desiderio estuamus Dicit etiã de hoc beatus ambrosius. Cum mens incendio caritatis xpi estuauerit. ab eo mox oĩs malignũ callliditas versutiaq; discedit. hec ambro. Beatus etiã grego. eandem rem cõmendando sic ait. Antiquus hostis castitatem in nobis si fine caritate fuerit non timet q; ipse carne non premitur vt dissoluat luxuria. abstinentiam non timet q; ipse cibo non vtit qui necessitate corporis non vrgetur. Distractiõem rei terrenaꝝ non timet. si eidẽ operi caritas desit. q; diuitiaꝝ subsidiis nec ipse eget. Valde autẽ in nobis caritatẽ veram. i. amorez humilẽ quẽ nobis vicissim impendimus timet. & nimis decordie inuidet. q; hanc nos teneamus in terra. quã ipse nolens teneat amisit in celo. hec grego. ℟ Et notandũ etiam q; amantibꝫ deum nullus labor est difficilis. non amantibꝫ vero omnis labor qui ad spũalem vitã pertinet grauis est. Unde vt bea. bernñ. Ubi amor est labor non est sed sapor. qñi amanti nihil est difficile. Et ite&. Labor meus vix est vnius horẽ & si pl? est non sentio pre amore. Dicit & beatus aug. Qui amat non laborat. omnis eñ labor non amantibꝫ grauis est. solus amor est qui nomen difficultatis erubescit. hec aug. Uñ amemus xpm vt labor spũalis non fit difficilis. Ad hoc hortat beatus ilxro. ita dicens Nihil amantibꝫ dur. nullus labor difficilis. amemus xpm & nos & facile videbitur omne difficile. breuia putabimus vniuersa que longa sunt & iaculo illius vulnerati dicemus hxu me q; incolatus meus prolongatus est. hec ilxro. Si quis ergo vt ite& vt beatus bernar. gustu caritatis inebriatus fuerit. ad omne opus bonũ hilarescit. Laborat & non lacescit. volet & non sentit. deridet & non aduertit. O iugũ amoris xpi q; dulciter capis. q; gloriose illaqueas. q; fortiter stringis. q; suauiter premis q; delectabiliter annexas. hec ber. Dicit etiã ad hoc beatus aug. Omnia grauia & immania facilia & pene nulla facit amor. hec ille. ℣ Qui ergo vt vt origenes pfecte diligit. nihil est qd̃ non toleret. Plura ergo nõ tolleramus certe ob hoc q; caritatẽ que omnia tolerat nõ habemus. q; si non ferimus aliqua patienter idcirco est q; caritas nobis que oĩa patit deest. In luctamine quoq; qd̃ est nobis aduersus demones eo freqñr cadimus nõ dubium quin ab hoc q; nõ est in nobis caritas illa que nunq; excidit. hec origeñ. Ideoq; vt ait bea. bernñ. Ult?ditor nẽ alto quidem filio sed salubri hoĩnem tribulationibꝫ exerceri. vt dũ defecerit homo & subuenerit deus deus ab hominem venere& & per?sequens adamet Et beatus greg. Erudet omnipotẽs deus ignẽ sue caritatis apparenter extinguere p aduersa. vt tam felici facta in terpellatõe validius quis accendat in dei dilectione & amore. hec gregorius

Item cōmendatione caritatis dr origenī. sup cañ. Nomē quippe caritatis tm extollit. vt etiam ipe deus caritas appellat. sicut dr iohannes Deus caritas est in quo ostendit q ipsum deum caritatē esse. In quo ergo caritas est q deus est nihil terrenū nihil materiale nihil corruptibile diligit. Contrariū namq est ei corruptibile aliquid diligere cū ipa sit fons incorruptionis. ipsa em sola est que habet immortalitatē Si quidē deus caritas est q inhabitat lucē inaccessibilē. quid aūt aliud immortalitas nisi vita eterna est quā daturum se promisit deus credentibus in ipsum solū vt deū q quē misit ihesum xpm filiū eius. Ergo in primis q añia hoc amabile q placitū dr esse deo. vt diligat quis dominū deū suū ex toto corde suo ex tota anima sua q ex totis viribs suis q deus caritas est q filius dei. Qui ex deo est caritas est sui simile aliquid requirit in nobis vt p caritatē que est in xpo ihesu qui est caritas vel in cognita quadam p caritatis nomē affinitate satiemur sicut q ille q iā piunctus erat eidē. cū dicebat quis nos sepabit a caritate xpi. hec origenī.

¶ Hoc etiā priuilegiū sola caritas habet vt deus dicat q sit. Non em dr deus humilitas est. deus pacientia est q̄. sed dr. ds caritas est. Unde sanctiviri totam substantiā suam tradide rūt q oēs delectatōes carnis ac oēs iocunditates inordinatas prempserunt vt hanc virtutem parent q eam possiderent. De hac nobilissima virtute caritatis sic inter cetera dr hugo. O caritas si scirem quantum valeres. precium apprehenderē me pro te. sed forte excedis angustias meas. nec inuenire potero precium tuum penes me. dabo tñ quod habeo q totum quod habeo tota domus mee substantia p te permuta bo. q cū totum dedero totum quasi nihil iam reputabo. oēs delectationes carnis mee omnes iocūditates cordis mei ppter te libenter impendere. vt te solam possidere valeam Tu sola mihi carior. tu sola vtilior. tu sola suauior. tu sola iocundior amplius delectaris habundantius facians tutius saluās felicius pseruans. O caritas nescio si forte maius sit te deus dicere an deū te superasse q̄ si maius est etiā hoc libenter q fiducialiter de te dicam deus caritas est nūquid parū est deum in se manentem habere q caritatem possidere. hoc priuilegiū sola habet caritas vt deus dicatur q sit. Non enim dicitur deus humilitas ē aut patientia q cū omnis virtus dei donum sit nullam preter solam caritatē hoc habet. vt non solum donum dei sed q deus dici possit. Reliqua igitur graciarum dona largit deus eciam his quos reprobat. solam autem caritatem quasi seipsum his tantum quos diligit in premium seruat Caritas igitur est fons xpius. de quo non communicat alienus q quicūq illam habet non iam alienus est a deo. Dec hugo. Et ideo dicit beatus bernardus cōcludendo Deus caritas est q̄d preciosius. Et qui manet in caritate in deo iocūdius Hanc ergo toto cordis desiderio pcupiscamus q diligēti studio requiramus vt inuenire ipsam q possidere valeamus ad nostram animarum salutem.

¶ Quomodo iter duodecim fructus ab apostolo enumeratos charitas primatum tenet q de eius multiplici virtute q ceteris per ordinem.

Capitulum .IX.

Sed nec hoc pretereundū est q̄ apl's ponit. xij. fructus spūs inter quos primatū tenz caritas. De quib fructib ipse dr ad Galath. v. Fructus aūt spūs est caritas. gaudium ⁊c. Circa ergo varietatem istoꝝ fructuum est notandū q̄ caritas inter ipsos precedit tanq̄ caput virtutuz. Unde dr beatus hiero. Quia dubium est inter fructus spūs habere dubuit primatū nisi caritas sine qua alie virtutes non reputanf virtutes esse. ⁊ ex qua nascunf omnia bona. Caritas ergo est primus. Lignū vero vite est ipsa vita spūalis que regnum dei per gratiam in se continet. iuxta illud Luc. xvij. Regnum dei intra vos est. Fructus autem caritatis multiplicem hz virtutē. maxime q̄ ipsa sanet omnem infirmitatem spūalem. Qui enim caritatem non habet huic non sapiunt virtutes. quasi infirmo. sed caritas est dispositō gustus spūalis. habenti enim caritatē sapiunt res put sapere debent. Est em caritas amor ordinatus quo preciosa habenf que vere preciosa sunt ⁊ diligūtur. vt sunt virtutes ⁊ res spūales. ⁊ vilia respuunf que vere vilia sunt. s. tē porralia ⁊ carnalia Nec ita q̄ virtus sanat languorem qui ꝓpter peccatuz anime est inflictus. Unde petrus in cano mi. sua. j. Caritas operit multitudinez peccatorū. Operire peccata est facere quasi nunq̄ peccata fuerunt. Nam vt dr beatus ber. Plene ⁊ misericorditer remittit deus. non damnat vlciscēdo. nec ꝓfundit imꝓperādo. nec minus amat imputando. sic fructus iste sanat omnes infirmitates spūales quasi nūq̄ fuissent ✠ Secundus fructus spūs est gaudium. qui est dulcissimus Eccl. xxx. Non est oblectamentū sup cordis gaudium. In trib aūt excedit gaudium cordis moduz carnalis gaudij. Primo in primitate. homo enim carnalis non sedet sp ad mensam corporalem. sed secura mens q̄si iuge conuiuium put dr puer. xv. Scdo in hoc q̄ gulosus multas hz amaritudines annexas gaudio suo. vt est afflictio ex dilatione diuitiaꝝ quas vehmenter appetit ⁊ defectū quem in eisque sibi apponunt inuenit. Unde dicit aug. Ubi cunq̄ caro querit refectionem inuenit defectionem. preterea excedit moduz in sumendo delectabilia. vnde ledit cō scientiam ⁊ corporis naturam. Tercō in hoc q̄ gaudiū cordis est tm̄ de magnis bonis ⁊ veris. Unde dr glo. sup illud verbum. fructus spūs est caritas. gaudiū. i. non est gaudendum de his q̄ indigna sunt gaudio. innuens gaudium spūale de his de quib est dignum gaudere. Et notandū q̄ gaudium spūale facit hominem de diabolo triūphare. Unde augu. Unica ratio vincendi inimicum est letitia spūalis. q̄ enim dyabolus videt in aliquo gaudiū spūale multū displicet ei. qz scit adesse deum. Unde. j. Reg. iiij. dixerunt philistei qui tenent figuram demonum. Demit dñs in castra. de nobis. non em̄ fuit tanta exultatio heri ⁊ nudiustercius

A Sequit de tercio fructu. scz de pace. quem ꝓstat preciosissimū ex hoc q̄ filius dei voluit eū ita freq̄ntare esse in ore suo. Unde ipse dr Johannis. xiiij Pacē relinquo vobis. pacē meam do vobis. Voluit etiam vt apli hunc fructum haberent in ore suo cū dixit Matth. xx. Intrantes domū primū dicite pax huic domui. Fructus iste. s. pacis hz triplicē virtutē. Primo filio dei assimilat. Matth. v. Beati pacifici. q̄m filij dei vocabunf. filij in q̄q̄ p imitatōz. Tale officiū hñt in terra q̄le filius dei pacificauit em̄ nos deo patri. Secūdo

fructus pacis locū prepat deo Uñ ps. In pace factus est locus eius. Stude ḡt tu fructū istū deo apponas pacē diligendo. ⁊ habebis deū adiuniū tuū. Ita paulus dt pacē habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiscū. Tercius fructus pacis eternā pacē donat Ysaie Erit sabbatū ex sabbato. Qui enim in hac vita pacē diligunt ⁊ hñt. in futuro seculo eā possidebunt ineternū. Uñ ysaie. xxxij. Sedebit pplus meus in pulcritudine pacis in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulēta. ¶ Quartus fructus spūs est patia quo fructu nullus videt magis esse necārius in hac valle miserie. vbi inter tot mala sum? hic fructus fortis est cibus ⁊ duricia hz in cortice. ⁊ sub illa duricia latet magna dulcedo. qz deus tribulatos psolat in pñti. ipa etiaz tribulatio est via ad eternā dulcedinem. Uñ ad hebre. xij. Omnis disciplina in pñti videt quidem nō esse gaudū sed memoris. postea aūt fructū pacatissimū exercitatis reddet p eā iusticie. cuius fructus facit hoiez valde fortē. nam ,put dr ,puerbi. Melior est patiens viro forti ⁊ qui dñatur aio suo expugnatore vbiū. Sine dubio maior virtus est in patiendo mala q̄ in agendo fortia. ⁊ iō melior est patiens viro forti. Und ⁊ sene. dt magni aimi est iurias in summa patia pati ⁊ nobilior triūphus est ⁊ utilior victoria sup̄bius q̄ expugnatio vbiuz. qui em seipsum vincit nō solū vbē sed regnū celoz capit. Uñ math. xj. Regnuz celoz vim patit ⁊ violenti rapiūt illd. nā patiens literas hz patentes in euāgilio q regnuz celoz ipoz est. dicente Math. v. Beati qui psecutōem patiūtur ,pter iusticiā qm ipoz est regnū celoz. ¶ Quintus fructus spūs est longanimitas ⁊ ꝺsistit in sustinendo ⁊ expectando deū. Uñ ps Expecta dñm viriliter age. ꝺfortet cor tuū ⁊ sust. dñm Debemus em deum expectare ⁊ sustinere. qz non fallit sustinentes se. Und ps. Uniuersi qui te expectant. nō confundent. Non em derelinquit sperātes in se. ⁊ si nō accipit quis qđ petit. differt non aufert. Uñ dr beatus gregor. Nemo qui tardus audit a superna curia negligit. nā electis sepe negat qđ petunt. vt affrictione ⁊ expectatione ⁊ purgati digni sint illud accipere. habet aūt fructus iste triplicē vtutē primo in hoc q hoiem fidelem reddit deo. sc̄o quia namq longanimes deum in tribulatione non deserunt. ⁊ ideo merito audituri sunt a domino illud dulce verbū Uos estis qui pmansistis mecū in tentationib meis. ⁊ ego dispono vobis regnum. Secundo cum omnes virtutes mereant. hec vero virtus mercedē recipit. currunt alie ⁊ hec apprehendit Uñ. j. ad cloz. ix. Omnes quidez currunt sed vnus accipit brauium. s. longanimis. longanimitas em sive perseuerantia est singularis filia summi regis. qz hres regni celestis. Tercio congis. qz hres regni celestis. Tercio corona vite eterne augmentat. Unde ecclesiast. xj. Coniūgere deo ⁊ sustine. vt crescat in nouissimo vita tua. ¶ Sextus fructus spūs est bonitas ⁊ dr bonitas animi dulcedo fm glo. qui fructus p̄ciosus est. qz nō solum dulcis sed ipsa dulcedo que tanta est. q oēm amaritudinem huius mundi hominis dulcorat. Quid non illa dulcedo. que mortem quoq facit dulcissimā. vt patet in sanctis martiribus. qui mortem passi sunt pro domino. Et que aduersitas resistere potest vnctioni. quam spiritus sanctus operat in cordib. huius fructus figuram videt habere manna quod erat in archa testamenti cum virga aaron ⁊ tabulis. in virga intelligit̄ correctio. in tabulis discretio. in man

na dulcedo. que tria maxime debēt habere prelati. virgam vicz correctionis cum discretione tñ ⁊ dulcedine. vt eorum subditi eo melius possint ꝓficere in bonis moribꝫ ⁊ animaꝝ salute.

E Septimus est benignitas siue liberalitas. Istū fructum pz esse precio sum ex hoc. qz pertinet ad personas nobiles. Auaricia enim est seruilitz. sed largitas nobilium. Quanto autez aliquis benignioz ⁊ liberalioz. tanto nobilioz. vnde videmus solem ⁊ alia corpora celestia que sunt nobiliora liberaliter cōicare bona sua Hic aūt fructus quadruplicem hz virtutē. Prima est q facit hoīem amari. ⁊ intantuz efficax q inimicos facit amicos Unde ꝓuerbi. .xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit da illi aquam bibere. prunas enim ꝯgregabis sup caput eius .i. accendes eum ad diligendū. Secūdo facit hoīem honorari. ꝓuerb. xxij. Uictoriam ⁊ honorē acquirit qui dat munera. Tercio deo assimilat. qui liberalissimus est. Ūñ iaco. j. Deus dat omnib affluenter ⁊ ñ imꝓperat Et sene. Qui dat beneficia deū imitaf. Specialiter nam q deum imitaf homo miseri cors. Quarto hoīem ad bonum finez perducit. Unde ihroni. Non memini me vidisse male mortuum qui liberalē ante duxit vitam F Octauus fructus spūs est mansuetudo qui ꝓciosus est ⁊ delicatus. Unde ps. Mansueti aūt hereditabunt terrā. in quo innuit preciositas vt ꝑ mansuetudīe terra ꝓmissionis habeaf. Iste aūt fructus habet tres virtutes. Prima est. qz ꝯfuat hoīem in statu virtutū. Eccī. x. Fili in mansuetudine ꝓserua animam tuam. Boīes immansueti sp. i. freqñr frangunf per impatientiā vel ire accēdunf. mansueti in statu virtutū ꝓseruanf. Scdo amorem ⁊ grām hoīm ꝓparat. Eccī. iij. Fili in mansuetudīe opera tua pfice. ⁊ super gloriam hoīm diligeris. Et de moyse dr eccliaſ. xlv. Dilectus a deo ⁊ hominib. Cuius cā tangif Nume. xij. vbi dr q moyses erat mitissimus hoīm qui morabatur i terra. Tercio eternā salutem tribuit. iuxta illud ps. Cū exurgeret in iudicium deus vt saluos faceret omnes mānsuetos terre. G Nonus fructus spūs est fides. quem pz esse preciosuz ex hoc q dñs talem fructum valde diligit. Eccī. j. Beneplacitum est deo fides ⁊ mansuetudo. Habet quoq idez fructus quatuor virtutes. Prima est. qz hominē facit laudari. puer. xxvij. Uir fidelis multum laudabif. Scdo facit exaltari. Mat. xxiij. Quisputas est fidelis seruus quem ꝓstituet dñs super familiā suam. Tercio facit hoīem multum amari deo ⁊ dñs terremis Eccle. xxx. Si tibi est seruus fidelis sit tibi quasi anima tua ⁊ quasi fratrem tuū tracta illum Quarto facit coronari hominem. Math. xxiiij. Quia sup pauca fuisti fidelis super multa te ꝓstituā. intra in gaudium domini tui. H Decimus fructus spūs est modestia. qui ideo dulcis est ⁊ preciosus. qz valde rutilat. ad Phil. iij. Modestia vra nota sit omnib .i. rationabilis ꝓuersatio dicit glo. Hanc vult apostolus notam eē hoībus vt odore eius si mortui sint viuificenf. sive roviui ꝓfortentur. Et habet fructus iste quadruplicē virtutem. Prima. qz vitam hoīs ꝓseruat tam spūalem q̄ corpalem. Unde señ. Mediocria vtiliora q̄ que sunt mimia. eo q̄ superflua noceant. sic segetez nimiam frangit vbertas. sic ⁊ rami onere frangunf. Scdo vitam iocundā facit. sicut nimietas iniocundā. Unde boe. Paucis mīmisq̄ natura ꝓrenta ē Cuius satietatē si superfluis velis vrge

re. aut inmocundū fiet qđ infundis aut noxium. Tercio veo assimilat. qui in mensura numero ⁊ pondere oīa disp mit vt dr sapiē. xj. Quarto hoīem facit sufficientē sicut ecōtrario ꝓdigalitas facit hoīem non indigentē. Ūñ sene. Pecuniā magnā hz qui ꝓfidit si aua rus est nō hz. si ꝓdigus est nō habebit. ¶ Undecimus fructus est ꝓtinentia. quē fructū patet esse pręciosum ex illo vbo ecc xxvij. Non est ꝓdigna ponde ratio ꝓtinentis aīe. Huius etiā fruct? quadruplex est vtus. Prima est qz vi tam ꝓlongat. Sene. potest illa ꝓuidē tia longiorem ꝓrogare huic corpuscu lo mortem. si voluptates quib maior ps eius subdit poterit regere ⁊ colxrce re ⁊ecc. xxxvij. Qui abstinens est ad tjciet vitā. Scđo ad iocūditatē prępa rat spūalem. iuxta illud ps. Renuit ꝓsolari aīa mea. memor fui dei. ⁊ dele ctatus sum ⁊ exercitatus Et beatus ber. Delicata est ꝓsolatio diuina ⁊ non da bit admittentib alienā. Dñs enī p se vult facere bonos ⁊ potare sobrios. Tercio deum ⁊ angelos letificat Ūñ gen. xj. legit qđ abrahām fecit grāde ꝓuiuiū in die ablactatōis filij sui. Sic ⁊ deus gaudet cū aliquis e filijs suis sepat a lacte tpalis ꝓsolationis Dicit etiā de hoc tullius. si cibis ⁊ potib vte remur pce. ⁊ nos imaculatos custodi remus. fruenī ꝓsortio ⁊ affabilitate de orū. i. āgelor. Quarta a pessimo hoste quē habemus nos custodit. s. a voluptā te. hoc est que corpus morte tpali ⁊ post morte eterna corpus ⁊ aīam interficit Ūñ sene. Voluptates inter oēs res vi liss̄imas ꝓcipue extirpat in hoc vt strā gulet. ℟ Duodecimus ⁊ vltimus fructus spūs est caritas. quē filr ꝓcio sum esse patet ex hoc qđ ad sponsas re gis celestis ptinet. Iste quoq fructus habet quadruplicē virtutem. Prima qz facit aīam esse mirabilis pulcritu dinis. sapiē. xij. O qđ pulcra est casta generatio cū caritate. Scđo āgelis af similat. de quo dr beatus bernar. Quid castitate decorius. que hoīem facit an gelum. Differūt inter se pudicus ho mo ⁊ angelus sed felicitate nō virtute sed angeli castitas felicior. hoīs tñ for tior esse cognoscit. Tercio ad moduz balsami a spūali corruptiōe hoīem cō seruat Ūñ beatus bernñ. Castitas instar balsami odorifera quo ꝓdita cadavera incorrupta seruant. sensus ⁊ actus ꝓti net ⁊ ꝓstringit Quarto in stabilitatez glorie hoīem quodāmodo ponit Unō iteruz beatus bernñ. Castitas sola in hoc mortalitatis loco ⁊ tpe statū quendaz immortalitatis glorie repñtat. Per hos igit. xij. fructus spūs. vnusquisq aīam suā impugnare studeat in illis se exercendo vt alimoniam eterne glorie post hanc vitā a dño ꝓcipere mereat.

Filius

Accepta itaq informatōe de effe ctib caritatis atq. xij. spūs fru ctib. Nunc quō sit deus diligendus de hoc cupio edoceri.

Ca. .X. Pater

Scire debes pri mo qđ pius ⁊ misericors deus a nobis vult amari. qz ipe amat nos ⁊ prior dilexit nos. Debemus ergo vi cem rependere in amando. vt ipsum feliciter possidere valeamus Unde be atus bernñ. Cum amat deus nihil aliud vult q̄ amari. Certissime ob aliud nō amat. nisi vt amet sciens ipos amore beatos. qui se amauerint. merito ergo ceteris renuncians affectionib fide lis aīa tota eius incumbit amori. qz summum ⁊ verum bonum deus est. so lus ille feliciter amatur ⁊ tanto felici us. quanto amplius. hoc bernñ. Jubet

ergo dominus se amari. ne miseriam ꝙ extra eius amantē est incurramus. Unde beatus augu. Quid tibi sum bone iesu vt amari te iubeas ⁊ precipias ⁊ nisi faciam irascaris ⁊ minaris mihi ingentes miserias. hec augustinus Igit vt dicit beatus berna. exigit deus honorari vt pater. timeri vt dominus. amari vt sponsus. Amore vero reuerentiam nescit. ab amando quippe amor. non ab honorando denominat. hec bernar. ¶ Et notandū ꝙ ꝓpter tria beneficia nobis a deo impensa ipē sum me est diligendus. hoc est ꝓpter creationem. ꝓpter recreatōem ⁊ redemptionem. ⁊ ꝓpter peccati dimissionē. Primo ꝓpter creatōem. qz ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. Secundo ꝓpter redēptionem. qz sua amara passione ⁊ morte redemit nos Pro tantis igitur beneficijs a nobis amari ds meruit. De hoc beatus bernar. in libro de diligendo deum atq; alibi sic ait. Quid si me totuz debeo ꝓ me facto ⁊ refecto. hoc mō nō essi tam facile refectus q̄z factus. Di quidez de me non solū. sed de omni qđ factum est scriptū est. dixit ⁊ fcā sunt. Ast vero qui me tantuz ⁊ semel fecit. in reficiendo ꝓfecto ⁊ dixit multa ⁊ gessit mira. ⁊ pertulit dura. nec tm̄ dura. sed etiam indigna. Quid ergo retribuaz domino ꝓ omnib⁹ que retribuit mihi. In primo opere me mihi dedit. in secundo se. vbi se dedit me mihi reddidit. Datus est ergo ⁊ redditus ꝓ me. debeo me ⁊ bis debeo. quid deo tribuaz ꝓ se. nā ⁊ si me milies rependere possem. quid sum ego ad deū. Hic primo vide quō. imo ꝙ fine modo a nobis amari deus meruit q̄ prior dilexit nos tantus ⁊ tantū ⁊ gratis tantillos ⁊ tales. Modus ergo diligendi deuz est sine modo diligere. Demq; dilectō quendit in deū rendat in immensuz. tendat in infinituz. nam ⁊ infinitus est deus ⁊ immensus. quis naz queso finis debeat esse nostri vel modus amoris. sed vicē rependimus cū mensura. Diligā ergo te ꝓ dono tuo ⁊ modo tuo minus quidē iusto. sed plane ꝓ posse. quia ⁊ si quantū debeo non possum vltra q̄z possum. potero vero plus cū donare placuerit. nunq̄z tantū ꝓut dignus haberis. Imperfectū meum viderunt oculi tui. sed tm̄ in libro tuo scribentur qui qđ possunt faciunt. ⁊ si quod debēt non possunt. hec bern̄. ¶ Amandus igit deus est a nobis valde non solum qz nos creauit. sed etiam qz nos redemit. Deuota nam q̄z corda multū alliciunt ad xp̄i amorem ꝓpter illius amare passionis recordatōem. Ih̄m iterum beatus bern̄. Valde mihi omnino amandus est per quem sum. viuo ⁊ sapio. Dignus plane est morte. qui tibi dñe ihesu xp̄e viuere recusat. ⁊ mortuꝰ ⁊ qui tibi non sapit desipit. ⁊ qui curat esse non ꝓpter te ꝓ nihilo est ⁊ nihil est. ꝓpter temetipsum deus fecisti oīa. ⁊ qui vult esse sibi ⁊ non tibi nihil esse incipit inter omnia. Pro his ergo ita sum amans te quantum possum. sed ē quod me plus mouet ⁊ plus accendit super omnia inquā reddit te amabilē mihi ihesu bone calix quem bibistit opus redemptionis nostre. hoc omnino amorē nostrum facile vendicat totū sibi. hoc est quod nostram deuotōnem ⁊ blandius allicit ⁊ iustius exigit. ⁊ artius astringit. ⁊ afficit vehementius. hec bernardus. Tercio diligendus est deus ꝓpter peccati dimissionem. quia nihil potest peccatore dignius rependere deo ꝓ peccato misi dilectōem. Reddat ergo amorem ꝓ suo debito. ⁊ cui plus dimittit amplius diligere debet Unde beatus ambrosius. Quoniam nihil est quod digne deo referre possumus pro

est.qz corpus non est.sed omnia in ipso ⁊ ipse in omnib⁹ non ptialiter diuisus.sed vbicz totus.intra omnia non inclusus.extra omnia nõ exclusus.super omnia non elatus.infra oĩa nõ depressus.Vbicz namcz est per diuinitatis pñtiam.in sanctis aũt familiariter per inhĩatõem.ꝓpter qd nõ dicimus Pater noster qui es vbicz.licet hoc sit vez.sed qui es in celis.i.in sctis quodam.s.excellentiori mõ.Celum autẽ qd dr trinitatis non est aliquis locus corporeus extra mundũ vel intra.s.vbi habitat trinitas sicut angelor in celo empirreo.sz est ipsa trinitatis excellens maiestas quevbicz est ⁊ omĩa implet ꝓtinet ⁊ excedit ⁊ sup omnia non loci positione.sed nature dignitate.⁊ omnipotentie sublimitate.Vñ lucifer ait.In celum ascendã.i.ad equalitatem dei.Et sciendũ cp deus incõmutabiliter in se exñs pñtialiter.essentialr ⁊ potentialiter est in omni creatura sine sui diuisione ⁊ in omni loco sine circumscriptõe ⁊ in omni tpe sine sui mutabilitate.Vnde yisid.in lib.de sum.bono.Diuine magnitudinis immensitas est ista vt intelligamus eaz intra omnia sed non inclusum ⁊ ideo exteriorem als cum incircũscripte magnitudinis immensitate oĩa ꝓcludat.per illud qd exterior est oĩditur eẽ creator.per id vero qd interior gubernare omnia demonstratur.ac nec ea que creata sunt fine deo essent.Intra oĩa deus est entia ne extra deũ essent.Deus exterior est vt omnia extra ꝓcludant ab eo.Et notandũ cp intelligibiliter quodã miro mõ dei essentia sciri pt dum esse credit.hec yisid. ¶ Sciendũ etiam vt dr beatus greg.xxj.moza cp omnipotens deus sic intendit omnib⁹.vt assit singulis ⁊ simul omnib⁹ nuncz desit.nam ⁊ si quosdam peccantes deserit.eisdem tamen adest per iudicium.quib⁹ deesse cernit per adiumentum.Sic itacz exterioza circumdat vt interioza impleat.sic interioza implet.vt exterioza circũdet.sic summa regit vt yma non deserat.sic ymis pñs est vt a superiorib⁹ nõ recedat.sit latet in sua specie vt tñ cognoscat in opatione.sic cognoscit in suo operevt tñ ꝓhendi non valeat agnoscentis estimatiõe.sic adest vt videri nequeat.sic videri non valet vt tñ eius pñtiam ipsa sua iudicia testent.sic se nobis ad intelligẽdũ prebet.vt tñ ipsum nobis radiũ sui intellectus obnubilet.Et rursum sic caligine ignorantie nos reprimit vt ramẽ mẽti nostre claritatis sue radijs intermicet.quatenus ⁊ sublevata quippiaz videat ⁊ reverberata ꝓtremiscat Et qz eum sicut est videre non potest.aliquã do videndo agnoscat.hec greg. ¶ De hoc eriã cp deus vbicz est intra omnia.extra omnia.supza omnia.⁊ infra omnia.beatus greg.ij.mozal.exponẽs illud dictum.Egressus est sathan a facie domini.sic ait.Quid est cp sathã a facie domini egressus dr.Quomõ enĩ exit ab eo qui vbicz est.ipse enim manet ⁊ intra omnia.⁊ extra omnia.ipse supza omnia ⁊ infra omnia.⁊ superior est per potentiam.⁊ inferior ꝑ sustentationem.⁊ exterior per magnitudinẽ ⁊ interior per subtilitatem.Sursum regens ⁊ deorsum ꝓtinens.extra circumdans.interius penetrãs.nec alia ex parte superior.alia inferior.aut alia ex parte exterior atcz ex alia manet interior.sed vnus idemcz totus vbicz ꝑsidendo sustinens.sustinendo ꝑsidens circũdando penetrans.penetrando circumdans.vnde superius presidens inferius sustentans.⁊ vnde exterius ambiens inde interius replens.Sine in quietudine superius regens.sine labo

re inferius sustinens. interius sine extenuatione penetrās .exterius sine extensione circūdans Est itaq; superior & inferior sine loco. est amplior sine latitudine. est subtilis sine extenuatione. quo em̄ exitur ab eo qui dum p̄ molez corpis nusq̄ est p̄ incircūscriptā substantiā nusq̄ deest. hec greg. ℟ Ad̄ fm dictū beati aug. diuine dignitatis excellētia tanta est q̄ mens de deo cogitans deficit cū sit incōprehensibilis sensus nō p̄cipit cū sit inuisibilis. lingua non explicat cū sit ineffabilis rps eū non mēsurat cū sit interminabilis scriptura non notificat cū sit inestimabilis. virtus nō tangit cū sit inaccessibilis. desideria & vota transgredit cuz sit incompabilis. hec augu. Et g̃ vt dt damascenus solus deus p̄fectus suq̄ plus p̄templator est. lucē em̄ habitat inaccessibilē quā nulla cognitio valet attingere pure viz creature. ℣ Ad̄ tenendū est q̄ deū in via cognoscere possumus q̄ est. in patria vo sicut est. sed nec hic nec illic id qd̄ est. Nam id qd̄ deus est non solū hoīm sed etiā angelorum supgredit intellectum De hoc augusti. in libro soliloquiorum sic dt Nemo nouit patrez nisi filius & eoz spūs Soli quidē tibi sola trinitas integra nota es. Sancta trinitas supnaturalis supinenarrabilis. superinscrutabilis. & supinaccessibilis & supincōprehensibilis & supintelligibilis & supersessentialiter exuperans oēm sensum. oēm rationem. oēm intellectum. oēm intelligētiam. oēm essentiam supcelestium animorū. quā neq; discere neq; cogitare neq; intelligere neq; cognoscere possibile est etiā angeloz oculis Hec aug. ℣ Dicit etiā de hoc hilarius p̄fecta scīa est sic deum scire vt licet non ignorabilem tamen incōprehensibilem scias. Est em̄ p̄genies ingeniti vnus ab vno virtutis virtus sapiētia sapie gloria glorie. generatōis huius sacramentū ego nescio nō requiro & p̄solabor me. q̄ archangeli nesciūt angeli non audierūt. secula non tenēt p̄sentia non sentit .apls non interrogauit. filius non dedit. hec hilarius. ℣ Oportet ergo vt dt glosa sup̄ dionisium de diuinis noīb; deo attribuere tanq̄ sibi soli cognitā supsbālē de seipo scīaz q̄ ē ignorantia nostra respectu substantialitatis que est in abditis p̄pter inaccessibilem quā inhabitat lucem super omnem rōnem & intellectum & substātiam existentē. Ygit q̄uis iste modus cognoscendi impossibilis sit omni creature tñ fm cognitionem viatoris modo suo potest esse possibilis Ideo autoritas dyonisij qua dt ipius supessentialis &c. intelligenda est de cognitione vie. qua intellectus viatoris videt deum p̄ aliquā formā q̄ illa forma deficit a repñtatione diuine nature & p̄ eā non potest videri. sed tñ cognoscit q̄ est deus sup̄ illud qd̄ de ipo intellectui repsentat. vnde illud qd̄ est remanet occultum. Et hic est nobilissimus modus cognitionis ad quē possumus puenire in via & ideo nō cognoscimus q̄d est sed quid non est. ℣ Et notandū q̄ sanctus dionisius tractaturus de diuinis ad supercellentē nō attigit veritatem hominī possibilē p̄centus cognitione trinitatis. als termins diuina p̄uidentia hoīb; adhuc exultantibus puisis. q̄ nulla creatura sp̄ecies ita eius similitudini approximat vt id qd̄ vere deus est expresse & fm p̄rietatem ostendat. Non ergo verum deum dicimus dum p̄ aliquid eoz que sunt. eū esse affirmamus. nulla siquidem essentia est. nulla bonitas quia supessentialis est & plusq̄ bonitas & super omne quod dicitur aut intelligit exaltatus

Ipterea negatiua in diuinis significationib⁹ p⁹ponit affirmatiue. ⁊ vere dicimus ipsam que supemineт omia nō esse aliquid eo⁹ que sunt. quia ignorамus quid ipsa sit eius supessentialitas ⁊ iuisibilitas ⁊ ineffabilitas ⁊ infinitas. Qđ enim infinitū est scīa humana estimari non ꝑt. qđ ineffabile ē non ō⁹. qđ inuisibile est non cognoscitur. qđ vero supessentiale non ꝓ⁹chxndit. Qui vero recto ratiocinandi itinere deū querunt. eum super oīa sublimatū esse cognoscunt. Ar per hoc eorū ignorantia vera est sapīa. ⁊ nesciendo deū in his que sunt melius eum sciunt sup⁹ omnia que sunt ⁊ non sunt. Unde aug. Qui melius nesciendo scit Et dy onisius. cuius ignorantia est vera sapientia. Quia creatoris immēsitas omnem creature possibilitatē transcēdit. cum ad semetipam ꝓ⁹hxndendā neq̄ creatura sufficiat. De ipo ergo mens aliquid humana capere potest. ipsum non potest. ergo nulla rō vel intellectus est qui similitudinē ipsius (qm incompabilis (possit attingere. Deserit ergo ⁊ vilescit omis creatura visibilis dum ꝓparat summe ⁊ supnaturali nature que est sup⁹ omnia. Deus enim nihil est aliud q̄ infinitum pelagus qđdam perfectōis in quo reseruant esse ⁊ viuere ⁊ intelligere ⁊ simul oēs pfectiones Et q⁹ intellectus noster nō potest ap⁹hendere illud esse diuinū qđ est infinitū pelagus vno ꝓceptu. vocat eum ipm multis nominib⁹ nūc ipsum viuere. nunc ipm intelligere ⁊c. Naz nulla res creata ꝑt recipere illud pelagus infinite pfectionis. sicut nec tota aqua maris se ꝓmendare modico vasi Sed vnaquaq̄ creatura de esse recipit ſm modum suum. nam ignis ipe diuinus illucet quidem mentib⁹ viato⁹uz. sed per naturā innominabilis. vtpote inuisibilis. nam qui in effectib⁹ suis q⁹ est multipliciter discit. quid scōm naturam sit penitus ignorat. hec glo.

Et notandū ꝙ cum aliqua co⁹porалia in sacra scriptura dicuntur de deo. vt puta de oculis vel auribus ⁊ cetera similia. vt etiam ꝑs. ait. Oculi dñi sup⁹ iustos ⁊ aures eius ⁊c. Hec ⁊ huiusmodi occultam quandā ⁊ spūalem intelligentiā habent. Unde damascenus de deo loquit ⁊ appellat dei oculos ⁊ palpebras ꝓsideratiuam virtutē vniuersoz aures ⁊ auditum eius ꝓpiciationem ⁊ nostre deprecatiois susceptōnem. Os ⁊ loquelam vlūtatis sue demonstratōem. cibum ⁊ potū nosz ad eius voluntatis ꝓcursum. Odorarum eius acceptatōem. faciem eius ꝓpationum demonstratōem. manus eius per operationū perfectōem. Dexteraz auxiliū eius in ꝓsperis. palpationem eius deuotōem ⁊ exquisitōem eoz que apud nos sunt. pedes incessum auxilium indigentiū vel vltionem inimicoz Juramentū intransmutabilitatē consiliū eius ⁊ voluntatis. Iram ⁊ furoreз ꝙuersionē ad maliciam ⁊ iniquitatem vindicandam. Obliuionē aūt ⁊ sommium ⁊ dormitōem dilatōem eius que est ad inimicos vltōis ⁊ auxilij retardatōem al's recordatōnem. Et simpliciter dicendo omnia que corporaliter dicunt de deo occultam habere quandam intelligentiam ex his que sunt apud nos ea que sunt supra nos edocentem Quod de angelis similiter modo suo licet incompabiliter inferiori intelligendū est. hec damascenus. P Circa qđ etiam sciendū ꝙ in hoīe qui ad ymaginem dei est creatus duo sunt sensus. Unus exterior. ⁊ alius interior. ⁊ vterq̄ bonū suum hz in quo reficit. Hō⁹ exterior reficit exterius in ꝓtemplatōe humanitatis. sensus inte

rioꝛ intemplatione diuinitatis. ꝓpterea eñ deus homo factus est vt totum hoīem beatificaret ⁊ tota conuersio eius esset ad ipm ⁊ tota delectatio eius eēt in ipm. cū a sensu coꝛporis videt ꝑ carnem ⁊ a sensu mētis videt ꝑ contemplationem. hoc est totū bonū hois vt siue ingrederet siue egrederet pascua inueniret in suo fcōre. Pascua facis in carne saluatoris. pascua interius in deitate recreatoris. Cū aūt homo existat ex carne ⁊ aīa ⁊ in carne sunt quinq; sensus .s. visus auditus gustus olfactus ⁊ tactus quos tñ nō mouet fine aīe societate ita aīa simili modo hz quinq; sensus suo modo q; spūales res coꝛpalibꝫ non scrutant sed spūalibꝫ sensibꝫ rimande sunt vnde diuina vox in deutro. aīt. Videte q; ego sum solus deus ecce spūalis visus Et in apocal. qui hz aures audiēdi audiat quid spūs dicat ecclīe ecce spūalis auditus? Et in ps Gustate ⁊ videte qm̄ suauis ē dñs ecce gustus spūalis Et apostolus Xpi bonus odoꝛ sumus. ecce spūalis odoꝛ als olfactus. Et in euan. Mulierem fide se tetigisse magis q̄ coꝛpe ostendit dicēs Quis me tetigit. ecce tactus spūalis. Sic ergo cū omni cautela obseruāduz est quid ad coꝛpis sensus ⁊ quid ad dignitatem aīe ꝑtinet Ex his plane patet q̄ sicut expientia coꝛpalium fit sensibꝫ coꝛpalibꝫ. ita expientia spūalium fit in mente sensibus spūalibꝫ Vñ sicut gustus exterioꝛ sensus cū attingit gustabile vel attingitur ab illo tūc vere habet noticiā expimentalem illius . Sic est de gustu interioꝛi ⁊ alīs sensibꝫ spūalibꝫ. nā cum aliquis legerit vel audierit ab aliquo q̄ dulcis sit dominus ꝓpter hoc tñ non habet noticiā expimentalē de hoc nisi gustus spūalis attingat dulcedine diuina. vt dicere possit fructus eius dulcis gutturi meo Can. ij. vbi loquit de gustu spirituali vt ōt glo. Quid nāq; ꝓdest multum cognoscere nec illa experiri nec aliquē visum. Illa habere ad hanc experientiā exhoꝛtat Petrus in sua cano. j. dicēs Si tñ gustastis qm̄ dulcis est dñs. Isti aūt sensus nostri interioꝛes spūales impediuntur ab illa expimentali noticia. ⁊ hoc duplici impedimento. vnum impedimētum ꝓcedit ex natura coꝛrupta. aliud ex negligentia ꝓpria R De impedimēto nature ōt beatus bernñ. sup can. Sapoꝛē interioꝛem ꝓdidimus ab ipso pene exoꝛdio generis nostri ex quo coꝛdis palatū sensu carnis ꝓualente inerat virtus serpentis antiqui extūc cepit nō sape bonum ac sapoꝛ noxius subintrare ⁊ insipiētia mulieris ⁊ sensualitas sapoꝛem bonī excludit. q; serpentis malicia ⁊ astutia mulieris insipientiam circūuenit. hec bernñ. Ille namq; moꝛsus serpentinus fecit sensus langueſcere interioꝛes ⁊ tabeſcere. extūc eī visus spūalis interioꝛ obtenebꝛescit. auditus surdescit. olfactus tabescit. gustus amarescit. ⁊ tactus grosseſcit. Vñ clamat ꝓphta Oculos hñt ⁊ nō videbūt aures hñt ⁊c. Tales eñ manēt in tenebꝛis exterioꝛibꝫ carnis De scdo impedimento ōt in libꝛo de spiritu ⁊ anima hoc bonū magnum quod habuit homo ex duplici sensu. s. exterioꝛi ⁊ interioꝛi bene oꝛdinato magnum malum secutum est. quoniam ꝑ dito bono quod intra erat egressa est anima ad bona aliena que foꝛis erant ⁊ pactum fecit cū delectationibꝫ seculi requiescens in illis non attendens bonī sui interioꝛis absentiā. eo q̄ ꝓ solatōnes suas cerneret in bonis alienis nam cū exterioꝛ sensus carnalis bono suo vtit. interioꝛ sensus q̄si obdoꝛmit nō ei cognoscit bona interioꝛis sensus

qui iocūditate exterioꝝ bonoꝝ rapiť. hec in libro de spū ⁊ anima. Qualiter aūt hȝ sensus interiores reformenť et reparenť de hmōi impedimentis. De hoc sciendū q primum impedimentū scz corruptōem nature tollit xp̄us qñ suam sapiam ⁊ grām infundit cordibus ⁊ per eam exterminat cupiscentiā malā ⁊ consequenter intellectū hois ⁊ affectū purificat ⁊ cordis palatuz sanat. De hoc beatus bernñ. sup canti. ficait. Sapia assidue vincit maliciaz. i. cupiam in mentib ad quas intrauerit. sapore mali quē illa inuexerit sapore meliore exterminans. Intrat enim sapia dum sensus carnis infirmať. intellectū cordis purificat. palatū sanat ⁊ repat. sanato iā palato iam sapit bonum. sapit ⁊ ipsa sapia qua in bonis ē nihil melius. hec bernñ. Contra impedimentū secundū. s. nostrā negligentiaz necē est vt sensus exteriores sopianť ⁊ a sua vagatōe restringanť. qz tunc sensus exteriores excitanť ⁊ exercitantur Unde ōr beatus greg. Si exterius euagatio sensus claudiť interior sensus aperiť. Cuius ratōnem reddit hugo de scō victo. in li. de archa noe ita dicēs Mentes quas cure carnales exagitāt non p̄rehendunt sapidā sapiam. sed qui minorať actu ille inuenit eā. qz dū animus ab exterioribꝫ abstrahiť ⁊ ad semetipm colligiť ⁊ robustior ad eterna p̄templanda subleuať ⁊ cum a delectatōe carnali abstrahiť ⁊ ad seipsum colligiť necē est vt statim inde aliquid gaudij spūalis p̄regustare incipiat. ne si mens omino a delectatōe remanserit aliēa. quasi in se fit arida ⁊ fine humore ad germen sapie non possit pualescere. Fit ergo diuina gratia aspirā te vt mens sic abstracta ⁊ a terrenis deficiens exuta statim quasi insolita letitia perfundať. ⁊ amplius amarū cognoscit esse quod deseruit. quo magis dulce sentit quod inuenit. hec hugo. Ex quibꝫ colligere possumus q quanto magis sensus exteriores a carnalibus deficientis retraxerimus. tanto validius sensus interiores ⁊ spirituales ad gustandum diuina ⁊ celestia conualescunt.

Filius.

Desidero etiaz scire quot modis species siue qualitas p̄templationis varietur.

Ca. XI Pater

Scire debes qđ tribꝫ modis p̄templatōis variatur qualitas. Primo enim mō contemplatio agiť mentis dilatatōe. Secundo mentis subleuatōe. Tercio modo mentis alienatione. Mentis autez dilatatio est qñ spūssanctus cor hominis ingrediť. ⁊ per suam gratiam omnes affectiones carnales. siue seculares de ipsa mente eliminantur. ⁊ cor magno ardore amoris dei inflammatur ac etiam dilatatur. moduz tamen humane industrie non supergreditur. Mentis vero subleuatio est quando intelligentie viuacitas diuinitus irradiata humane industrie metas transcēdit. nec tamen in mentis alienatōem transit. ita vt ⁊ supra fit qđ videat ⁊ tñ ab assuetis penitus non recedat. Mentis autē alienatio est qñ p̄sentiū memoria menti excidit ⁊ in peregrinum quendam humane industrie statuz diuine transfiguratione transit. ¶ Prima species p̄templationis agitur mentis dilatatōne Exclusis namqꝫ vitiis de cubiculo cordis ⁊ decenter virtutibꝫ adornato subintrat dilectō dei. Qui vero deū diligit. ⁊ mandata eius seruat videlicet peccatis resistendo ⁊ deuote viuendo. illius mentem libenter

deus visitare dignat. ac in illa mansionez desiderat facere. Teste veritate q̃ ait Si quis diligit me sermonē meū seruabit & pater meus diliget eū & ad eū veniemus & mansionem apud eū faciemus. Cuius vo cor ops deus p suam pñtiam sic visitat. illius mentem diuinus amor inflammat & exclusis oīb cupiditatibus feruens caritas dei oīa interiora anime occupat. & p suam dilectionē dilatat. Talis vero p amorez dei sic dilatatus videt deuz qđ ptingit cum deus qui spiritus est visitans animam principaliter adesse sentit & intelligit. Unde vt beatus ber. Oculus meus intelligentia mea. Videre ergo deum dicimur. cū eius pñtiam in aīa p intellectū vtrūq; pcipimus & sentimus Cum ergo sentis grām cognosce dei pñtiam. nam put vt beatus greg. Qui mente integra deū desiderat pfecto iam habet quem amat. Neq; enim quisq; posset deum diligere si eū quez diligit non haberet. hec greg. Anima vero p grām sibi infusam sentiens ad esse pñtiam sui creatoris. suū intuituz & totum affectum dirigit in ipsum super oīa amando. In quo aūt talis latitudo caritatis est fortiter currit viam mandatorum dei. Un vt ps Viā mandatoz tuorum cucurri cū dilatasti cor meū. Ad hanc latitudinē cordis habēdam hortat dñs per ps dicens Dilata os tuū & implebo illud ac si dicat. Extende & dilata per desideriū sanctū os tuū cordis viz & ego implebo illud multiplici dono spūs mei. Aīa vo devota que sic a dño visitat habens & pti nens illum in seipm intuet p̃templationem amplexat p dilectionem deosculat per deuotionē De hoc richar. de sancto victore in. iiij. libro contemplationum sic ait. Deus auditur videlicet ab anima per reuelationem videt per ptemplationem deosculat per deuotionem astringit per dulcedinis sue infusionem Audit p reuelationem do necvoce eius paulatim inualescēte tota pstrepentiū tumultuatio solaq; illius vt audiat donec oīs illa randē tumultuantiū turba dispeat. soluſq; cū sola remaneat & solū sola p ptemplationem aspiciat & p ptemplationē videat donec ad solite visionis aspectū pulcritudinis admirationē paulatim aīa incalescat. ac tandē aliqñ tota incandescat. donec ad verā puritatē internā q̃ pulcritudinem tota reformet & ille interne habitationis thalamus vndiq; virtutibus adornetur. Tandem aliquando adornato thalamo & intro existente dilecto fiducia iam invalescente desiderioq; perurgente. cū se vlteriꝰ cohibere non valet. subito in oscula ruit & impressis labijs intime deuotionis oscula figat. p deuotionē sepe & multiformiter deosculat. dum interim cubiculum sternit. donec intimus animefinus ad summā pacem & tranquillitatem ꝓponat. Donec tandē dilecto interpbera collocato ad ineffabilem quādam diuine dulcedinis infusionem in illius desideriuz liquescat. & spūs ille qui domino adhęret vnus spūs fiat. puto qz experta tanta dulcedine cum intima suavitate de cetero iam nō possit aīa illa pulsanti dilecto aliquas molestias innectere. vel illa expectatione fatigare p̃sertim cum fibiipi ommis mora nimis longa fit & expectatio vitetur onerosa. Deinceps vt arbitroꝛ ad habitationis sue introitum libēter obseruabit vt ad dilecti sui susceptionez semper parata sit. Sed cuius iam parata sit. tunc temporis huiusmodi aduenientem suscipere nescit si & eque parata sit & expedita vocanti occurrere. Puto enim non esse eiusdem facul/

tatis suscipere venientem ⁊ sequi vocã/
tem. Aliud est cũ ipso intro ire. atq; a
liud est exire ibi aĩa ad seipam rever/
tiſ ⁊ cũ dilecto suo vsq; ad intima cor
dis sui penetralia ingrediſ. hic extra
semetipsam ⁊ ad sublimia ꝓtemplan
da subleuaſ. Quid namq; est eius in/
troire nisi se totam in seipam collige/
re. quid vero est eius exire. nisi seipam
extra semetipam totã effundere. Ni/
hil itaq; aliud est aĩam cum dilcõ suo
in cubiculũ introire ⁊ solã cũ solo mo
rari dulcedineq; pfrui nisi exteriorũz
omniũ obliuisci ⁊ in eius dilcõne sum
me ⁊ intime delectari. se solam cũ dile
cto videt. qñ exteriorũ omniũ oblita ex
ꝓpria ꝓsideratõe in dilecti sui dilcõez
desideriũ suum purget ⁊ ex his q̃ in in
timis suis ꝓsiderat aĩm suum in eius
amorẽ affectũ inflammat ⁊ tam ex ma
lorũq; bonorũ suorũ ꝓsideratõe in grati
arum actõem assurgit. hinc ꝓ impensa
gña ⁊ hĩc ꝓ indultavenia intime devo
tionis victimas exoluit. vsq; in intimũ
dilectus perducit. ⁊ in optimo collo/
caſ qñ ex intimo affectu ⁊ sup oĩa dili
giſ. Cogita quid sit qđ invita tua ar/
dentius dilexisti. anxius ꝓcupisti. qđ
te iocundius afficiebat. ceteriscq; oĩb
ꝓfundius delectabat. Considera ergo
si eandẽ affectionis delectationiscq; a/
bundantiã sentias. qñ in summi dile
ctoris desideriũ inardescis qñ in eius
dilectõe requiescis. Cui dubiuz sit ꝙ
intimũ illum affectionis tue finũ nec/
duz teneat. si intime dilectionis acule
us animã tuam in diuinis affectibus
minus penetrat. tepidius exagitat q̃q;
in alienis affectib⁹ aliqñ penetrare vel
exagitare solebat. Sed si tantã ꝓsus
vel forsan validiorẽ dilectionis vel de
lectationis violentiaz in intimis tuis
circa diuina psenseris q̃q; alis vnq; ex
tus fueris vide adhuc si forte aliquid
aliud sit in quo delectari vel consolari
possis. Certe q̃diu possumus ex aliẽa
qualicunq; re ꝓsolatõem vel iocundi/
tatem ꝓcipere. nondũ audeo dicere eũ
intimũ ardentissimi amoris finum te
nere. Satage. festina. trahe eũz adhuc
ad interioza tua ⁊ secretioza cordis tui
penetralia quecunq; eiusmodi oĩa es
Certe si alienã aliquam ꝓsolatõz que/
ris vel recipis. deũ tuuz q̃uis forte esse
summe nondũ als tñ tam singulariter
diligis. Nondũ ergo in intimũ pduci/
ſ. nondũ in optimo collocaſ. Si er
go non satagis introducere eũ ad inti
ma tua. quõ credã te posse sequi eũ ad
sublimia sua. Certum ergo signũ tibi
sit quecunq; es aĩa ꝙ dilectum tuum
minus diligis. vel ab illo minus dili/
geris. si ad thoricos illos excessus nõ
dũ vocari vel vocantẽ sequi nondũ me
rueris. hec rich. ✠ Scõs modus
sive species ꝓtemplationis agiſ men/
tis subleuatõe. mens emi pũritia sui cre
atoris visitata. ⁊ ex eius amore dilata
ta. ꝓter ferventem caritatẽ dei quam
in se sentit vltra non valens se ꝓtinere
interiori ac spũali intuitu sursum se li
brat. desiderans illũ videre a quo tam
dulciter visitaſ ac ꝓsolaſ. cũ vero mẽs
sive anima sic sursum elevata per feru
dum amorez christo inhereat. incipit
inter brachia eius aliquo modo conso
piri. vt non solum delectabiliter sed ⁊
tenaciter deo inhereat. ⁊ q̃si vi abstra/
haſ ab omnium visibilium sensu ⁊ me
moria. sic tñ vt non plene suimet obli
ta. nec tñ vere ꝓpos sit sui. Juxta illud
canti. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat.
Est emi talis iste somnus illoꝝ qui inci
piunt dormire. ⁊ tamen non videnſ si
bi ea que circa se fiunt aliquo mõ sen/
tire ⁊ intelligere. sed pre sopore nõ ad
vertunt. Sic amor dei cum intelligen
tia conditus inebriat mentẽ ⁊ ab exte

riozibꝫ abstractam suavirtute deo conglutinat ꝙiũgit. ꝙq̃to amoꝛ velꝛmẽtioꝛ ꝙ intelligentia lucidioꝛ. tanto validius mentẽ in serapit quousq̃ tãdẽ oĩm que sub deo sunt abĵcit. vt in solo diuine ꝓtemplatõis radio libere figatur. licet breuiter velut in quodam chorusco lumine celitus emicantis. Quia coꝛpus qđ coꝛrũpit aggrauat aĩam ꝙ deꝛimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Sensus eñ hoĩs p se pauca pt ꝙ vix tenuiter cogitare sublenatus aũt a flatu supni luminis tanto plura simul intuet. quãto supꝛa se sublimius eleuat. Sed coꝛruptio terrem coꝛpis ꝙ ꝛere huius vite occupatiões deꝛimũt aĩas ꝙ reuocãt ad seipsaz vt gemens cogat clamare cũ apl̃o. Infelix ego hõ quis me liberabit de coꝛpe moꝛtis huius. Quanto eñ plus mẽs ꝓuersa est ad ista inferioꝛa ꝙ hũana cogitanda ꝙ tractanda. tãto plus a supioꝛibꝫ ꝙ celestibꝫ p deuotionis intima elongat. ꝙq̃to feruentius ab inferioꝛuz memoꝛia affectu ꝙ intellectu ad superioꝛa sustollit. tanto pfectioꝛ est deuotio ꝙ purioꝛ ꝓtẽplatio qꝛ simul pfecte nõ potest vtriq̃ esse intenta. que ab inuicẽ ficut lux a tenebꝛis sunt diuisa nam qui deo inhꝛet in lumine versat. Qui vo inhꝛet mũdo in tenebꝛis est. Et notandũ put ỏt beatus greg. v. moꝛal. q mens cũ in ꝓtemplatione suspẽditurcũ carnis angustias supans p speculationis ꝛem deliberate aliquid intime securitatis rimat. stare diu supꝛa semetipam nõ pt qꝛ ꝙ si hanc spũs ad summa euehit. caro tñ ipa adhuc coꝛruptionis sue pondere deoꝛsum p̃mit. vnde in libꝛo iob dꝛ. Et cum spũs me pꝛesente trãsiret qñ inuisibilia cognoscimus ꝙ tñ hoc non solide sed raptim videmus. neq̃ eñ in suauitate ꝓtemplationis intime diu mens figit. quia ad semetipsam ipa immensitate luminis reuerberata reuocat. Cũq̃ interna dulcedinẽ gustat amoꝛe estuat ire sup semetipsam nitit sed ad infirmitatis sue tenebꝛas fracta relabitur ꝙ magna virtute ꝑficiens videt. qꝛ videre non pt hoc qđ ardenter diligit. nec tñ ardẽter diligeret nisi aliquatinus videret. Non ergo stat sed transit spũs qꝛ supnam lucẽ nobis ꝓtemplatio inhiantibus aperit ꝙ mox infirmitatibꝫ abscõdit. De hoc iterũ beatus greg. sup ezechielem ficait. Sepe aĩmus ita in diuina ꝓtemplatione suspendit vt iaz se pcipere de eterna illa libertate quã oculus nõ vidit nec auris audiuit aliquid p quandã ymaginẽ letet. sz cũ moꝛalitatis pondere reuerberatus ad ymagi relabit. q̃si quibusdã pene vinculis ligatus tenet. humana quippe mens cũ superioꝛa atq̃ celestia vtrũq̃ in enigmate aspicit. iam de claustro habitatõis coꝛpoꝛee p subleuatã cogitationẽ exit atq̃ illum humiliter adoꝛat. cuius ꝙ videre substantiam non valet iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus rimatur. hec gregoꝛius. Ubi sciendũ q̃ sancta aĩa cũ ad supioꝛa subleuat. puula ibi facta moꝛa statim ad inferioꝛa relabit. ꝙ postmoduz ex memoꝛia illoꝛuz que vidit suauiter pascit. De hoc beatus bernardus Ánima q̃ pꝛius in scola hũilitatis sub magistro filio dei ad semetipsam intrare ꝙ se cognoscere didicit ꝙ de scola humilitatis duce spũ puenit ad cellaria caritatis. deinde suffulta floꝛibꝫ ꝙ stipata malis. i virtutibꝫ ꝙ bonis moꝛibus ad regis tũc cubiculum digna admittitur. cuius amoꝛe languit ibi modicum quasi hoꝛa media silentio facto in celo. inter desideratos amplexus suauiter quiescens ipa quidẽ doꝛmit. sz coꝛ eiꝰ vigilat. quotiq̃ iterum

veritatis archana rimatur. quoꝝ post modū memoria statim reditura pascatur. Felix eñ ista hora. sed qua mora. ibi videt ineffabilia. carpit inuisibilia hec ber. Qñ etiā deuoti viri q̄uis mēte a ꝓtemplatōe eleuati. de incircūscripto luīe furtim aliquid ⁊ tenuiter attingunt. tñ statim ad seipos reuersi. ab ea luce quā viderunt ad suas tenebras suspirando redeunt. Qđ beatus greg. tāgit. exponens illud Genes. Jacob in via angelū inuenit. ⁊ eccevir luctabat cum eo. fic ōt. Is qui certat in luctaīe aliqñ se superiorem. aliqñ eū cuz quo ꝓtendit inuenit inferiorē. Est eñ ꝓtēplatiua vita magnanimitatis ꝓtentio cū se ꝓtemplatoꝝ ad celestia erigit. cuz in reb⁹ spūalibus aīm tendit. cū transgredi nitit omne qđ coꝝruptibile videtur. cū sese angustet vt dilatet aliqñ q̄z vincat. ⁊ quidē reluctantes tenebras siue cecitatis exupat. vt de īcircūscripto luīe quidā furtim ⁊ tenuiter videat. sed tñ ad seipsam ꝓtinus reuerbera ta reuertit ab ea luce a qua respirando transit ad sue cecitatis tenebras suspirando redit. Quasi ergo vincit angel⁹ qñ intellectu intimo apprehendit ōs. qz intelligendo ⁊ sentiendo de incircūscripto luīe aliquid degustat. Quasi eriam deuincit homo. qñ subtracta intima luce nolens remitens q̄z ad assuetas tenebras redit. Si igit ad partes alas pentes ꝓpios. i. ad scōs in celo redire cupimus. teneamus in via angelū vt suauitate intima apprehendamus deū. Tenentes vero angelum vno claudicamus pede. ⁊ fit nerui refractio. p qđ intelligit carnaliū defideriorum repressio siue extinctio. Omn⁹ potēs eñ deus cū iam per defideriū ⁊ intellectū ꝓgnoscit oēm in nobis voluptatē carnis restringit. ⁊ qui prius q̄si duobus pedib⁹ inniteres ⁊ deū videbamur q̄rere ⁊ seculum tenere. post agnitōnem suauitatis dei vn⁹ in nobis pes sanus manet. atq̄ alius claudicat. qz necesse est vt debilitato in nobis amore seculi solus qualescat amor dei. vno claudicamus pede. qz dū crescit in nobis fortitudo amoris intimi. infirmat procul dubio carnis fortitudo. qz oīs qui claudicat vno pede soli innitit quem sanuz hz. qz cui terrenū defideriū iam arefactum fuerit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet ⁊ in ipso stat. qz pedem amoris seculi quē ponere in terrena ꝓsueuerat. iam a terra suspensū portat. hec grego. A Et sciendum q̄ etiā diuerse sunt deuotionum spēs quibus sacra scriptura noīa diuersa impomit. vt sunt. iubilus. ebrietas spūs. liquefactio ⁊ spūalis iocunditas. Jubilus vero quid sit oñdit beatus greg. xxxiij. moral. sic dicens. Jubilus dr qñ ineffabile gaudiū mente ꝓcipitur. qđ nec abscondi potest. nec sermonib⁹ aperiri. ⁊ tñ quibusdam motib⁹ pditur q̄uis nullis ꝓprietatib⁹ exprimatur. Unde dauid ꝓphēta intuens electorum animas tantum gaudiū mente ꝓcipere quantum non valet sermone aperire ait Beatus populus qui scit iubilatōnem Non enim ait qui loquit. sed qui scit iubilationem. quia sciri quidem iubilatio mente potest. sed dictu exprimi non potest. Dentit̄ per illaz quippe qđ vltra sensum est. ⁊ cum vix adhuc cōtemplandum sufficiat conscientia scientis qñ ad hoc exprimendum nō sufficeret ⁊ lingua dicentis. hec gregor. Iste aūt iubilus nasci solet ex sctā meditatione. deuota oratione. ac cordis iocunditate. que de ꝓscientie procedit puritate. De hoc beatus bern. sic dicit Renuat consolari anima mea nisi in deo viuo. Nec enim consolatio est suauissimus radius quo anima per cincin

num capitis eleuat cū meditatione ex-
ardescente ⁊ oratione inualescente Ex
tali em̄ meditatiōe orōe ⁊ ꝓtemplatōe
nascit in corde iubilus quidā melliflu
us ⁊ cordis risus. quem nemo scit nisi
qui sentit. nemo sentit nisi qui exptus
est. qui cito trāsit. Felix hora ꝙ breuis
est mora Narrant expti que dico qui
hec magis experientia didicerunt q̄ in
corde. q̄ feruor orōis cū admiscet ar-
dori meditationis erūpit ille ꝓtempla
tionis radius de media caritate q̄si spe
cies electri hoc est de medio ignis su-
spiriop. s. ꝓscie iubilantis. hec bernar.
Ubi norandū q̄ sancti viri ꝑm dictuz
cassiam. felicitatis sue gaudia tam in
pñti accipiūt q̄ in futuro In pñti qui
dem p iubilū iocūditatis interne. In
futuro vo pplenitudinē beatitudinis
sempiterne. hec cassia. Hūc iubilū sua
uissimū beatus ber. desiderabat hēre cū
diceret O fiveniat sup cor meū facies
illa que videt in iubilo. quid dulcius
quid suauius. quid de iocūdius in me
epulare domine iesu xp̄e ⁊ post epulas
reclina sup aīam serui tui. si p̄mis nō
grauor. si grauor non lassor. iuguz em̄
tuū suaue est ⁊ onus tuū leue. hec bern̄.

B Ebrietas aūt spūs dici p̄t queli
bet amoris ⁊ magni gaudij deuotio. ex
qua q̄si ex vini fortitudie feruor spūs
intantuz crescit q̄ se intra se cohibere
non valet. Hūc apli sancti spūs feruo-
re estuantes musto plemi dicebāt De
hoc in libro iob dr. Venter meus q̄si
mustum absq̄ spiraculo q̄d languncu-
las nouas disrūpit nouas vt non vete
res. q̄ veteribus cordibus non infundit
talis deuotio. sed nouis. s. in nouitate
vite ambulātibus vel nouas vt q̄ talis
feruor spūs nouis. i. nonduz exercita
tis mentibus nup infusis minus valet
se cohibere. quin erumpat in inusita-
tos gestus voces vel singultus sicut vi-
num in vase ebulit. quod inueteratum
quiescit Nec etiam mirum si ex mag-
na spiritus hylaritate quam spiritus
sanctus cordi infundit. aliquando erū
pit in aliqua apta hilaritatis indicia.
vel si q̄nq̄ singultibus ⁊ fletibus apertis
impare non valet ⁊ hmōi interne de-
uotionis motus abscondere cū videa-
mus aliquos sepe ex stulta leuitate a ri
su ⁊ insolentibus cachinnis nō posse co
hibere se etiā vbi pudor hūanus impat
disciplinā. Et aliqñ ex humana tristi
cia aborta fletui nō possit homo q̄uis
libenter faceret imperare Cū em̄ scrip
tum sit. Deus ignis ꝙsumens est ⁊ de-
us caritas Ergo quid mirum si feruor
diuine caritatis cordi infusus totum
hominem commouet. si vt p̄dictuz est
leuitas aut tristicia tantam vim in ho-
mine operari potest. nam cor diuini a
moris gaudio vel diuine fruitionis de-
siderio inflammatuz in se dilatat ⁊ ex
tendit ⁊ q̄si inter angustias pectoris
se capere nō sufficiens ꝓpter ardoris
violentiaz extra se erumpit ⁊ amoris
magnitudinem quem in se ꝓtinet p ex
teriora indicia euaporat. Liquefactio
vo anime aliud non videt esse nisi que
dam emollitio a sua duricia per quam
flexibilis reddit ⁊ voluntaria ad amā
dum deum ⁊ liquescens ad diuine vir
tutis recipiendā impressionem. vt si-
cut liquor liquori ita spūs dei spiritui
hominis influens misceat. vt vnus fi
at spūs anima cū deo De hoc sup cañ.
Orosius sic dicit. Anima viri dr lique
facta. dū in dulcedine celestis gle celi-
tus fuerit resoluta ⁊ suo dño dilecto af
fixa ⁊ insepabiliter ānexa. hec orosius
Unde scdm dictum origenis. Diui
ne contemplationis felicissimus effe-
ctus est liquefactio. liquescit em̄ mens
dum deuotione mollescit. vt sponsus
in ea suauiter cubet et nihil duri ei

obſiſtat. Liqueſcit dum deuotione caleſcit. vt dilectus in ea calorez diuini amoris inueniat ⁊ quaſi quidam ꝓtractus ſpūalis fiat. qui maximā delectationem generat. Liqueſcit dū deuotō ne ſuperfluit. vt deus ſolus ſolū dominū ⁊ plenum in ea obtineat. tunc oīs motus. omnis viſus. oīs imperꝰ eius feliciter in eternitatē terminat hec ozige. Vñ beatus bernā. ſup cantica exponens illud. Aīa mea liquefacta eſt. ſic ait. O dulcis ꝓfabulatio dei in aīma. cum aīa que ſine lingua ⁊ labiorū forma ſtrepitu. ⁊ ſine aure ꝓcipit in ſilētio. ſolus qui loquit ⁊ cui loquit audiunt ⁊ alienus excludit. quoꝝ virtute ⁊ auditu corda liqueſcūt. liqueſcendo deficiunt ab eo qō fuerunt. ⁊ deficiendo ꝓficiunt in eo in quē fluunt. Hec bernā. ¶ Spūalis aūt iocunditas dici poteſt gaudium qōlibet in ſpūſcō qō a ſpūſancto infundit gaudet aīus in deo ꝑ ꝓceptis bñficijs vel ꝓmiſſis. Notandum q ſpūalis letitia duplicit accipit. generaliter ⁊ ſpecialiter. Generaliter. qñ eſt generalis motus gaudij in ſpūſancto ex intuitu beneficioꝝ dei ⁊ future glorie ac bonitatis diuine. Specialiter qñ eſt quedā mētis hilaritas ⁊ ꝓfidentia bona ad deum ⁊ de bono ꝓſcīe teſtimonio reddens hominem benivolū ⁊ deuotū. ⁊ ad omnia agenda ⁊ ſufferenda ꝑ deo ⁊ omnia q dei ſunt diligenda ⁊ ꝓmouenda. Jōbis dicit apls. Gaudete in dño ſemp iterꝝ dico gaudete. primo generaliter. ſecō ſpecialiter. ¶ His ergo decurſis videndū eſt de tercio mō ꝓemplationis. Tercius modus ſiue ſpēs ꝓemplationis agit mentis alienatōe Mentis aūt alienatō ex triplici cauſa hꝫ ꝓceſſum. Aliqñ em̄ pre magnitudine deuotionis. nōnunq̄ pre magnitudine admirationis. interdū etiam pre magnitudine exultationis. Hos tres modos rich. de ſcō victo. in. v. li. de cō templatōe declarat ita dicens ¶ Tribꝰ de cauſis in mentis alienatōem abducimur. nā mō pre magnitudie deuotionis. mō pre magnitudine admirationis. mō pre magnitudie exultationis vt ſemetipam mens oīno non capiat. ſed ſupra ſemetipam eleuata in alienatōem tranſeat. Magnitudie deuotionis mens hūana ſupra ſemetipſam eleuat qñ toto celeſtis deſiderij igne ſuccendit. vt amoris intimi flāma vltra humanū modū excreſcat que aīm̄ humanā ad cere filitudinem liq factā a priſtino ſtatu pēnitus reſoluat. ⁊ inſtar fumi extenuata in ſupua eleuet ⁊ ad ſumma emittat. Magnitudine admirationis aīa humana ſupra ſemetipſam ducit qñ diuino luīe irradiata ⁊ in ſumme pulcritudis admiratōne ſuſpenſa tā vehemenri ſtupore ꝓcutitur. vt a ſuo ſtatu funditus excutiat. ⁊ in modū fulguris choꝛu ſcātis quantū ꝓfundius ꝑ deſpectū ſui imm̄ ſe pulcritudis reſpectu in yma deiecit. tanto ſublimiꝰ. tanto celerius ꝑ ſummoꝝ deſideriū reuerberatā ⁊ ſupra ſemetipaz rapta in ſublimia eleuat Magnitudine iocūditatis ⁊ exultatōis mēs hōis a ſeipa alienat qñ in intīa illa interne ſuauitatis abūdātia potata imo plene inebriata qd ſit qd de fuerit pēnitus obliuiſcit ⁊ ī alienatōis exceſſū tripudij ſui nimietate traducit. ⁊ inſup ſupra mundanū quendā affectū ſub quodaz mire felicitatis ſtatu raptī trāſformat Quādiu igit hmōi exceſſus in nobiſmetipſ nō ſentimus qd aliō de nobis ſentire dēm̄us miſi qz minꝰ diligim̄ miſi qminus diligimus Si eī qſqs eſplene pfcēcq̄ diligeres forte dilcōmis tue nimietas eſtuāſcq̄ deſiderij āxietas ī e iuſmōi rapiet exceſſꝰ qles tibi exptē ō

scripsimus iam sane si diuina dilectí/
one plene dignus extitisses. si tãta di
gnatione te ydoneũ exhíberes. forte
tanta luminis sui claritate intelligẽtie
tue oculos irradiaret. tãta intime dul
cedinis sue suauitate cordis tui deside
riũ inebriaret. que temetipm superte/
metipm raperet. q̃ p mentis excessum
in superna eleuaret. Hos aũt anagogi/
cos excessionis modos mistice quidez
descriptos in canticis cãticor̃ inuení/
mus. De primo quidẽ recte illõ intel
ligit quo dr. Que est ista q̃ ascendit p
desertũ sicut virgula fumi ex aro. mir.
& thur̃. & vni. pul. pig. De secũdo que
est ista que pgredit q̃si aurora ꝓsurgẽs
De tercio. que est ista que ascendit de
deserto delicijs affluẽs inmixta sup dile
ctũ suum hxc richar. ✠ Nũc de vno
modo ipsius excessus mẽtis dicenduz
est in spãli. Et primus excessus mẽtis
vt dr richar. in eodem libro. v. fit ex de
siderij anxietate & magnitudine deuo/
tionis fumus. qui semp surgit de igne
Quis aũt neget amorẽ spũalem ignẽ
eẽ. Recte itaq̃ illa mẽtis in supna ele
uatio. q̃ ex feruore dilectionis orit fu/
mo ni fallar ꝓpat. Quid aũt intelligi
mus p hmõi fumũ nisi deuote mentis
desideriũ Quasi ḡ aĩa in supna eleuat
& ascẽdit qñ dilectiõe feruẽte & in hxc
ipm vrgẽte suũ desiderium per semet/
ipsum rapit. Est aũt virgula vt oẽs no
uimus & gracilis & recta. vt ḡ ẏgule si
militudinẽ in se trahat ascẽsio tua. fit
anxiũ fit vnicũ desideriũ tuũ & surgẽs
ex intentione recta Si aũt p mirram
carnis ꝓtritionẽ. p thus vo cordis de
uotionẽ. p vniuersum vo pigmentarij
puluerẽ virtutũ oĩm intelligimus cõ/
summationis artẽ. de quo hxc omnia
in eandem sententiam ꝓcurrunt. que
omnia p se facile intelliguntur nam hxc
satis constat. q̃r quisquis caritate ple
nus est ceteraq̃ virtutuz insignia non ha
bere non potest. Si enĩ apostolo credi
tur. consummatio virtutis est caritas
Illud sane notãdum q̃ anima sancta
tunc veraciter quasi fumus & per deser
tum ascendit. quando suum affectum
in celestis sponsi desideriũ accendit.
Maior aũt sed quantum ad meritum
inesse videt mentis eleuatio illa. que
fouente quidẽ gratia surgit ex intensi
one & intentione ꝓpria q̃s illa que sur/
git ex sola reuelatione vel aliqua inspi
ratione diuina. vt erga digna inuenia
tur anima. oporet primo quasi p deser
tum ascendere. Deuntamẽ vt eadez
ipa velut virgula fumi fiat q̃uis p de/
sertum fieri incipiat oporet vt supra
ipm desertum assurgat. alioquin mẽs
ipa in mentis excessum non rapit nisi
supra semetipsam eleuet. nisi semetip
sam in ymo deserat & seipsam deseren
do desertum faciat. que deserta in mo/
rem fumi magis magisq̃ in sublimia
transcendat. Solet tñ hmõi mẽtis ex
cessus fieri mõ ex sola desiderij feruen
tis estuatione q̃s ex adiuncta sibi diui
na reuelatiõe. sic enĩ spũalis ille ignis
& incorporeus dine dilectõis eandez
vim nõ obtineat in spũalibꝫ. quã ille
ignis corporeus in rebꝫ corporalibꝫ hñe
cõsueuit. Satis nouimus q̃ ignis iste
corporeus in vase q̃uis modico liquo
re perfuso operari soleat. primum qui
dem incipit liquorem ipsum ab ymis
euertere. postea vero in hanc prem nũc
in illam nunc sursum nunc deorsum ia
crare. & paulatim quidem ad superio/
ra attollere. totũq̃ vas ex modico quo
uis vsq̃ ad summũ replere. randẽ aũt
supra illum attollere. & cum violen/
tiam quadam interiora euacuare & fo
ras effundere fortiterq̃ eĳcere. Sic
sane animus humanus diuino igne
succẽsus vt seipso in seipo ꝓtra seipm

feruens ⁊ fremens estuans sibiipsi ira scens seipm despiciens sibiq; vehemẽter indignans semetipm vehementer calcans sumis ihesum. ⁊ cũ e? mõi estu diutius vtiq; p inferioꝛ ꝓtemptuꝫ ab infimis repellit ⁊ p supnoꝛ desideriũ ad supioꝛa trahit. fit sepe vt impetu spũs impellente dõsiderio extra semet ipsuꝫ ⁊ supꝛa semetipm erectus suiq; penitus intus oblitus ⁊ in extasi subleuatus totus in supioꝛa rapitur. In hunc modũ celestis desideriꝫ ardoꝛ cũ vehementer exestuat animã hũanam diuino amoꝛe feruidã sup semetipaꝫ leuat. hec rich. Qui igit diuino amoꝛe sic accendũtur. ⁊ supꝛa semetipos ad illa supioꝛa rapiũt. hi ꝓculdubio ab omnib; vicijs ⁊ maculis moꝛibus se exeunt. seculũ cũ mundi cupiditatibus ꝓtemnunt. ⁊ spe ad inuisibilia se extendunt. De talib; beatus greg. sup cañ. exponẽs illa verba superius pmissa vicꝫ. Que est ista que ascendit per dẽserti ficut virgula fumi. sic ait. In deserto itaq; aut est in hoc mundo eccia siue queq; aia sancta viuit. dũ a regno exul inter bestias demones degit. hec ⁊ si omino a sponso nõ deserit. tamen q; diu in carne est nõdũ ad certã eius visionẽ admittit. dũ ab eo p exilia ⁊ tẽptatões peregrinat. ⁊ qꝛ adhuc cum eo nõ regnat deseri sibi ab eo videtur. Ob hoc semp laborat vt ascendat vt quẽ valde diligit magis ac magis sentiat ⁊ quõ pfecte eũ in deserto nõ tꝛvt ab ipo eius desiderio se reficiat. vt sic invia roboꝛata q̃nq; ad hoc qõ diu cõ cupiuit puemiat. Sunt enim nõnulli qui dũ oĩa visibilia fastidiunt. mentẽ in celestia erigunt. ⁊ qꝛ in infimis mibil qõ eis dulcescat ꝓcupiscunt. totuꝫ coꝛ ad supna ꝓuertunt. Di ab oĩbus malis moꝛib; se exuunt censum mundi cũ cupiditatib; ꝓtemnũt. spe ad inuisibilia tẽdunt. ⁊ quo ampliꝰ desiderio illis inhꝛẽt. eo magis ac magis molestẽ coꝛꝛuptõꝫ ferunt quaꝫ habẽt hi mimiꝫ p deserti descendunt qꝛ duꝫ in hoc mũdo inter temptatões viuũt quo amplius dũ hic moꝛãt deseri metuunt eo foꝛcius ista deserunt. ⁊ ad ea gradiunt in quib; cũ fuerit nibil amplius qõ eos amoueat iã timebũt. Bene aũt ficut virgula fumi ascendere dicunt nõ aũt quarũlibet rei fumus esse iste dꝛ sed ex aromatib; mirre ⁊ thuris ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij esse declarat. Virra quippe moꝛtuoꝛuꝫ coꝛpa cõdiunt. ne putrescant. Thura vero accẽdunt vt redoleãt. Per mirra ergo carnis moꝛtificatio designatuꝫ p thus oꝛõnũ mundicia intelligituꝫ. Sancta igit aia carnẽ suã a putꝛedine vicioꝝ moꝛtificat. dũ omnes wlptates mundi p ꝓtinenciã abnegat vt p? iudiciũ a coꝛruptõe eterna libera permaneat. Cũ vero ad celestia maioꝛi se desiderio accendit. ⁊ cũ a cordis cubiculo omnes cogitatões supfluas abicit. quasi thuribulũ cor suũ coꝛam deo facit in quo cũ dilectione ⁊ virtutes ꝓgregat quasi carbones in thuribulo coaptat quib; seipaꝫ mens in ꝓspectu dei igne caritatis accendat. Dũq; feruentes ⁊ mundas oꝛões ad deũ emittit quasi fumũ aromatũ ex thuribulo educit vt coꝛã dilecto redoleat suauit ⁊ ꝓximos ad eius amoꝛẽ p bona exẽpla ꝓcitare nõ desinat. hec gre. De mẽtis etiã alienatõe ⁊ fructũ quẽ tales assequũtur qui hmõi gra potiũt Rich. de sanc. vic. sic ait. Qñ p ꝓtẽplatiõis dulcedinem supꝛa nosmetipos rapimur. quoddã quasi suauitatis vinum sumentes inebꝛiamur ⁊ humanũ qõdã modo sensum excedentes in diuinuꝫ quẽdã affectũ a nobismetipis alienamur. mibil in hac vita hac dulcedine

iocundius sentitur.nihil sic animū ab amore mundi elongat. nihil ita mentem contra temptatōes roborat quez talis gustus iebriauerit ad omne op? ⁊ ad omnē laborē hilarescit laborat nec lacessit. festinat nec deficit. volet nec sentit.lacerat ⁊ nescit.irridet nec aduertit.hec rich.Et hec de mentis alienatōe que surgit ex deuotōis magnitudine. ¶ Scōo videndum ē in spēali de mentis excessu que euenire solet ex admiratōis magnitudine. De hoc rich.idem in.v.li.de ptēplatōe sic ait. Quis nesciat inde admirationē fieri cū aliquid cernimus preter speciē ⁊ supra estimatōz. Nouitas ita q rei ⁊ visionis vix credibilis adducere solet admiratōz mentis qñ aliquid īcepit videri qđ vix possit credi. hic mentis excessus bene describit ī eo q dr. Que est ista que pgredit quasi aurora psurgens. Aurora siquidē paulatim elevatur elevando dilatat. dilatā do clarificat. Sed mīo modo dū tandem in diem definit p pmotōis sue incrementa ad defectuz venit. vt iñ acciat vt maior sit tādemq etiā accipit vt omnino non sit. Sic itaq hūana intelligentia diuino lumine irradiata.dum intelligibilū ptemplatiōe suspendit dū in eor admiratōe distēditur.quanto semper ad alciora ⁊ mirabiliora ducit.tanto amplius tanto copiosi? dilatatur ⁊ vñ īfimis remotior ī de ī semetipa purior ⁊ ad sublima subtilior inuenitur. Sed in eiusmodi subleuatione dū mens hūana semper ad altiora crescit dum diu crescendo tandem aliqñ hūane metas transcendit. Fit demū vt a semetipa sic penitus deficiat. ⁊ insuper mundanū quendā affectū trāsformata tota supra semetipsam eat. Et sic matutina lux crescēdo definit nō quidem esse lux sed esse lux matutina vt ipsa aurora iā non sit aurora. ita humana intelligencia ex dilatatiōis sue magnitudine qñq accipit vt ipa iam nō sit ipa nō quidem vt non sit intelligentia sed vt iam nō sit humana. Dūmodo mirabiliter mutatōeq incōprehensibili efficit plusq humana dū gloriam dñi speculando in eandē ymaginē trasformatur a claritate in claritatem tāq a dñi spū. Et notādū q sivas aque solis radio supponas ipam mox aquam videbis lūmis splēdorē ex se in superiora trāsfundere ⁊ claritatē quidez absq calore iñ in summa leuare Et quid est aqua misi cogitatō humana que semper ad inferiora labitur nisi sub discretōis magne moderamine cohibeat. Aqua iva se collecta cogitatio meditatōi intenta ⁊ p intentōz defixa. Aque collectō cordis meditatio. Eiusmodi aque solis radius se infundit.qñ diuina reuelatio meditatōi occurrit. Sed cuz aq radiū in se supnī lumīis accipit fulgorem quoq luminis ⁊ ipsa ad superiora emittit ⁊ mirū ī modū illic vterq radiū luminis ex se leuat.quo ipsa per se nullo modo ascendere valet. Et cū tanta sit differentia aque ⁊ luminis radiū ei tñ quē de se luminis emittit.nō nihil sue similitudīs inprimit. ita vt tremula tremulū.quieta quietum. purior puriorē.diffusior diffusiorē efficiat. Juxta hanc sanc similitudinē tm ī accessibilis illius ⁊ eterne luminis in humanū cor reuelatio irradiat humanam intelligentiaz supra semetipam ymmo supra omnē humanū modum leuat ⁊ illuc intelligentie radius diuine luminis infusione admiratōisq reuerberatione de ymis ad summa refilit.vbi nulla ingenū perspicacitas. nulla artis industria. aut humana ratiocinatio ascēdere sufficit. ⁊ quo me

lius mentem hominis diuine claritatis splēdor profundius penetrat. eo alcius stuporis sui magnitudīe excussa et p extasim subleuata in diuinor archanor sublimitatib sublimius resultat. illō autē omnino pstare dicit. qz ēnto plenius atq pfectius ad intimā animus pacez et trāq̄llitatē pponere se preualuerit. tāto firmius tantoq tenacius in hac subleuatōe summe luci p otemplationez adhrebit. Et proculdubio quāto purior ad integritatez ēnto diffusior ad caritatem. tāto pspicatior tāto capacior inuenit ad supmūdano rū et supceleſtium otēplatōnez. hec rich. Ista vero taz excellens otēplatio quē in extasim et in excessuz mētis pducit requirit cor mūdū et bñ purgatū. Qō affirmat bea. her. ita dicens Precipua et maxima otēplatio est āmiratio maiestatis. hec requirit cor purgatū a vicijs liberatū atq exornatū a pctis. vt se facile possit ad supna leuare vt interim p aliquas maculas stupore et extasi suspensum teneat admirātem hec her. Qui etiā sic a semetipso alienatur ea que interim in spū cernit verbis exprimere nō valet. De hoc bea. gre. sic dicit. Tunc dei maxime maiestatē miramur cū in otēplatōe eius obstupescē do obmutescimus plus inusitate cupientes ēq verbis exprimere ualeam? nō inuenientes verba ydonea ad taz sublimia exprimēda hec gre. Hic etiam excessus mentis siue alienatio figuratur per reginā Saba. que videns sapiam salomonis nō habebat vltra spm̄. Qō exponens rich. de sancto vict. de aīa de uota ac otēplatiua in vno libro otemplationū sic ait Regina austri a finib terre venit audire sapientiā Salomonis Que est ista regia nisi quelibz aīa sancta sensib et appetitib carnis cogitatōib et affectōnibus mentis fortiter presidēs et summi regis vericq pvius Salomonis dilectōe feruens. vndicq desiderio ardēs huiusmōi regia summe sapie regez ppositis enigmatibus et frequentib interrogatōibus impetit. qñ quelibz aīa devota de diuino adiutorio presumēs inuestigāde veritatis studio vehemēter insistit audit qō querit. qñ et illa que ex ppria industria nō sufficit habere sepe inter orōnū suspiria ex diuina revelatione pgnoscit videam? adhuc qd ō hac regia dicat Videō ār regina saba oēz sapiaz Salomonis et domū quā edificauerit ꝛc. nō habebat vltra spm̄. prius querit et audit. postea videt et intelligit. tandez autez obstupescit et deficit Interrogat quod discat. otemplatur qō miretur. stupet vt mente excedat mentēq exce dat. Primū est meditatōis. Secūdū est otemplationis. Terciū est extasis Ecce quib gradib subleuat animus humanus. Meditatōne pfecto surgitur in otemplatōnem. otēplatione in admirationez. Admiratōne in mētis alienatōnem Manifestū est ergo q ex magnitudīe admiratōis icidat homo in excessuz mentis. Quid ei aliō illi fuit spiritū non habere nisi mente excedere vl vñ ei hoc accidit nisi ex multa admiratione. Quomodo queso regia fine spiritu fuit nisi quia spiritus eius a semetipo alienat fuit. Hz illō hoc loco in memoriā venit. qō iohannes dicit. Ego inquit iohānes fui in spiritu Ecce iohannes in spiritu se eē testatur et regina austri spiritum non habere asseritur. ℌ Ubi notandū q hoc est spirituz in spiritu esse semetipsuz intra semetipsum totū colligere et ea que circa carnē seu etiam in carne geruntur interim penitus ignorare. spiritum aūt fine spiritu esse in semetipsum extra semetipsuz et supra

semetipm totū effundere ꝛ que sub ipso vel in ipo fiunt omino interī ignorare ꝛ illud diuinitatis archanū totuz intrare. nōne in spū spūs esse tunc recte asserit. qñ exterioꝝ oīm obliuiscit pariter ꝛ ignarus eoꝝ omniū que ī coꝛpore coꝛpaliter aguntꝰ ꝛ in illis solis interest p memoriā vel intellectuz que in spū vel circa spūm accitantꝰ. Cur ñ recte dicat spūm semetipz nō habere qñ incipit a semetipo deficere ꝛ a suo esse in supmundanū quēdā ꝛ vere plꝰ qz humanū statum transire. ꝛ mirabili trāfiguratōe spūs ille ab humano videat ī diuinū deficere ita qō ipe iā non fit ipe eo dumtaxat tpe quo domino incipit altius inhꝛere. Qui eñ adhꝛret dño vnus spūs est cū eo ꝛ psallere pōt qui huiusmodi est. Defecit ī salutare tuū aīa mea. In spū itaqz est q̄ summū mentis ascendit ꝛ quasi a suo spū deficit qui summū mentis trāscēdit. hꝛcrich. ¶ Tercio vidēdū est de mentis excessu qui euenire solet ex magnitudine exultatiōis. De quo idem richar. in eodem. v. libꝛo sic ait Restat tercio loco ostēdere quomodo ex iocunditatis ꝛ exultatōis magnitudine mens humana soleat in extasim cadere ꝛ semetipam excedere. hic sane excessionis modus videt mihi satis conuenienter expꝛessus in illis vbis Que est ista que ascendit d̄ deserto delicijs affluens inmixa sup dilectum suum. Si p deserto recte intelligitur coꝛ humanuz. quis erit iste de deserto ascensus nisi mētis humane excessus q̄si de deserto humanus animus ascendit. qñ supra semetipm mentis alienatōe transcendit qñ semetipm in yma deserens ꝛ ad celuz vsqz pertransiens solis diuinis se totū p̄templationez ꝛ deuotōz immergit. Sed huius ascēsionis causa p̄sequenter annectit ī eo q̄ hꝛc que ascendit delicijs affluere dꝛ ℟ Quid est affluere delicijs nisi spiritualiuz gaudioꝝ plenitudine affluere. Quid inqz est hꝛc deliciaꝝ affluencia nisi vere ꝛ interne suauitatis habūdancia celitusqz data vberrim ifusa letitia haꝝ deliciaꝝ copiam sicut necverum gaudiuz fallaces diuitie exhibere evnqz possunt alioquin fallaces non essent fiueras delicias ꝛ eaꝝ affluencias veraciter exhiberent. Has sane exterioꝛes fallacesqz diuicias etiā impij habere possunt. quiꝝ tamen gaudiū omino habere non possunt nisi forte mendacem eum facimus quez in p̄phꝛta veraciter p̄testantem audimus Nō est impijs gaudere dicit dñs. Quociens itaqz intermissis verisqz delicijs cares etiam si exterioꝛibus diuicijs habundas cum p̄phꝛta veraciter psallere potes. quoniā inops ꝛ pauper suz ego hanc itaqz deliciaꝝ affluēciam verorū qz gaudioꝛum habundantiā non ēvñ sperare debeas. non ēvnde habere valeas. nisi ex intima illa animi iocūditate diuinitusqz ifusa dulcedīe. Que ē ista inquit q̄ ascēdit d̄ deserto delicijs affluens non dicit delicias hñs sz delicijs affluēs eo p non q̄libet deliciarum harum experiētia sz earum affluētia etiam huiusmodi ascēsus qui de d̄serto fit gignit atqz perficiat. Constat āt p quantumcūqz p̄ficimus. has delicias in hac dumtaxat vita p̄tinuas habere non possumus. Eo itaqz tpe quo huiusmodi affluētia anima caret. ad hunc de quo modo loquimur ascēsuz surgere vel assurgere delicijs affluere oportet. Puto autē quia aliud fit affluentē ascēdere ꝛ ascendentē affluere sicut aliud est affluentiam esse causam affluendi. Deliciarum itaqz affluentia ascensionis tunc causa existit q̄ ex illa diuine dulcedinis infusiōe

quam in intimis sentit seipam anima sancta pre gaudio & exultatõe non capit. intñ vt exultatõis & iocunditatis sue magnitudo eam extra semetipsaz effundat. & supra semetipam rapiat. Et sane ficvelxemẽs imẽsaqꝫ leticia dñ supẽ hñanñ moduz excrescit vbiez supẽ vbiem extollit & supra humana sublimata in sublimibus suspendit. Huius sane rei formã in piscibus videmus. nam pisces dñ in aquis ludunt supra aquas exiliunt & nature illius alis natiue habitatõis sue terminos excedũt dñ seipos vel ad modicũ p aera suspẽdunt. Sic pculdubio aia sancta dum interno quodã tripudq sui applausu a semetipa excutiẽ. dum supra semetipsam ire mentis alienatõe vrgeẽ. dñ celestibꝫ tota suspendiẽ. dum angelicis spectaculis tota imergiẽ. natiue alis nature possibilitatis termiños supgressa videẽ. nemo aũt tantam cordis exaltationẽ vel subleuationez de suis viribus psumat vel suis meritis ascribat. Constat sane nõ meriti hñanj sed muneris esse diuini. Hñ & illa quecũqꝫ ẽ aia que de deserto ascendisse describitur dilecto suo inmixta phibeẽ. Quid est em dilecto suo inniti. nisi virtute illius nõ ppꝛijs viribꝫ pmoueri. Quid incꝫ est illi dilecto suo incũbere cꝫ de ppꝛia virtute p hac pte mihil ommino psumere. Quantũ mihi videẽ mihil õ ppꝛia industria mihil de ppꝛia puidencia recte psumitur. preserti in eo loco vbi de deserto ascenditur sed nec in deserto quidẽ qñ p desertum itur. Scit hoc sane ipe dilectus eius & idcirco õducit eã in nubꝫ diei & tota nocte in illuminatõe ignis. Quo em modo sustineret pondus diei & est? nisi subumbꝛa illius quem diligit aia sua sederet vel quis ei locus tutus a timoꝛe nocturno psertim in loco hoꝛꝛoꝛis erumste solitudis nisi ipe emittat lucẽ suaz & veritatẽ suã. Demicꝫ ñ hẽt quo est? pcupiscẽcie tempꝛaret. virtus sibi altissimi obumbꝛaret illi mihlominus õ esset vñ ignoꝛantie sue tenebꝛas illũinaret. nisi in lumine illius videret lumen. Hñ est qõ ille õt. Qm̃ tu illuminas lucernã dñe deus meus illu.re.m. Accipit itaqꝫ dilecta ex munere dilecti sui & bñficio sponsi suo duo ẽmedia pꝛa duo pꝛincipalia mala. refrigerij nubem pꝛa pcupiscencią carnis. & revelatõis nubem pꝛa ignoꝛantią mentis. Et notãdũ cꝫ huius sponsi dilecta sp & vbicꝫ dilecti sui adiutoꝛio egeat. ita vt sine ipo nil facere valeat. nuscꝫ taffi coopanti gꝛatie velxmencius incũbit vel incũbere opꝛtet cꝫ eo locoꝛ vbi de deserto ascendit. tunc tpis maxime cũ delicijs affluit. Si em p desertũ intelligiẽ coꝛ hñanñ quid erit õ deꝛto ascẽdere nisi supꝛa semetipm ire. Quid ergo homo ibi possit vbi homo supꝛa hominẽ ascẽdit vbi humana natura humane possibilitatis metas transcẽdit nullo tñ tpe dilecto suo velxmencius inmittitur cꝫ cũ spiritalibꝫ delicijs aia sancta affluere videẽ. ¶ Et sciendum q spirituales delicie animam delicatã afficiunt vultis audire cꝫ õlicatã facere pſueuerunt pene supra id quod credi possit. Intantum demicꝫ q nulla exterioꝛ delectatio possit ei aliquatinus sapere. nec aliqua huius mundi gloꝛia aliquid pſolationis afferre. ita vt veraciter audeat pꝛofiteri & dicere. Renuit pſolari anima mea eo q veraciter sentiat & p certo diffimat q omnis caro fenum & omnis gloꝛia quasi flos feni. Demicꝫ tedet animam suam vite sue quociens non dat consuetas leticias pꝛo voto habere. & quociens illa ẽterne solẽnitatis gaudia aliqꝫdiu subtrabũtur. Sed quicquid ad eius

ꝓsolatoꝝ quicquid ad eius iocunditatem valeat ex alieno arbitrio ex alieno beneficio. Recte ergo illius viribꝫ inmittitur. de cuius munificentia totus recte ꝑsumit̄ qđ speratur desideratur. amatur. hec rich. Cuꝫ vero mens ꝑ dicitur in libro đ spū ⁊ aīa semetipāz ꝑ puram intelligentiā excedere intuet̄ ⁊ in illā incorporee lucis claritatē tota intrare. in hoc mentis excessu pax illa que exuperat omnē sensum inuēitur atq; obtinetur vt fiat silenciū in celo quasi media hora. ita vt ꝓtēplātis animus nulla alternanciū cogitatōnū tumultuacōe ꝑturbetur. sed intra ꝓtēplatōis tranquillitatē totus collectus intromittit̄ eē ī quendā affectū multū inusitatū mersus. Et nescio quā dulcedinē. qui si sic semper sentiret̄ ꝑfecto magna felicitas esset vbi nihil agit sensualis ymaginatio sed omnis īferior vis aīe ꝑprio interim viduat̄ officio. superior aūt vis aīe in illud ītime quietis secretū ⁊ sūme trāquillitatis archanū flectitur. hec in libro de spū ⁊ amīa. ¶ Et notandū q ꝑ mentis excessus in deū siue pius descēsus dei in aiam̄ fit in spū. qr deus est spūs ⁊ ꝓcupiscit decorē amīe que in spū ambulat ⁊ carnis curā nō facit in desideriꝭ. De hoc beatus bern̄. super cañ. sic ait. Fidelis panymphus sciliꝫ cet angelus vniuscuiuscq; amīe q̄ mutui amoris ꝓcius sed nō inuidus nō suam querit gloriā sed dñi. discurrit medius inter dilectam ⁊ dilectū vota offerens referens bona excitat illam placat illū interdū quoq; licet raro repsentat eos pariter sibi siue hanc rapiens siue illū adducens. Siquidez domesticus est ⁊ notus in palacio nec veretur repulsam ⁊ quottidie videt faciē patris Vide aūt ne quid me in hac verbi aiecq; ꝓmixtōe corporeuꝫ qđ sentire existimes id loquimur qđ apostolus dicit. Qui adhret deo vnus spiritus est. Excessum pure mentis in deum siue dei piū descensum in aīaꝫ. quibus possumus exprimimus verbis. Itaq; in spū fit ista ꝓiunctio. qr spiritus est deus ⁊ ꝓcupiscit decorem aīe illius quā forte aduertit in spū ambulantem ⁊ curā carnis nō pficientē ī desiderio. ⁊ ꝑsertiꝫ si sui amore flagrātem ꝓspexerit habetq; aīa talis ꝓsto quē desiderat non figuratum sed infusum non apparentem sed afficientem. nec dubiū quin eo iocundioꝛē quo intus non foris. Verbū quippe est nō sonans sed penetrans. nō loquax sed efficax. nō obstrepens auribus sed affectib blandiens. facies nō formata sꝫ formās sꝫ pstrīgens oculos corporis sed faciē cordis letificās. grata quippe amoris munere non colore. non tñ adhuc illum dixerim sicuti est q̄uis tñ omnino ad hoc mō exhibeat q̄ qđ est. Necq; eī vel sic ꝓtinuo ꝑsto erit q̄uis devotissimis mentibus sed nec vniformiter omnib. Oportet nāq; ꝑ varios amīe desideriꝭ diuine ꝑsentie gustum variari ⁊ infusum saporem super ne dulcedinis diuersa appetenda aīe aliter atq; aliter oblectare palatū. hec bern̄ ¶ Considerandū est ꝑm dictum richar. de sancto victo. q̄ mens cuiuslibet ꝑfecti ad celi secreta tunc rapit̄ cū eterne illius felicitatis pelago absorbet̄ ⁊ supceleſtis torrente voluptatis eo vsq; inebriat̄. vt non soluꝫ exteriora p memoriā nesciat sed ipe etiam sibi in oblionē veniat ita vt postmodum ad se reuersus cum apostolo proclamat ⁊ dicat. Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. In de quando cum intentio pēnitus auertitur a sensibus corporibus ita q̄ nec presentia videt nec audit tūc dicitur

extasis. hec rich. ¶ Hoc vero tam excellens donū p quod videlicet nonnulli vsq; ad excessum mentis rapiuntur alq; hoc accipiūt ex sola vacāte gratia. Alq; autez vt hoc possint sibi ꝓparant cū adiutorio tñ gratie ex magna ai industria. De hoc rich. de san. vict. in. iiij. libro ꝓtemplatōnū sic ait Qui in suis ꝓtemplatōibz supsemetipos ducuntur q vsq; ad mentis excessuz rapiunt q alq; hoc expectant q accipiunt ex sola vacante gra. Alq vero et hoc ꝓpant cū gratie tñ adiutorio q cooperante ex magna animi industria. Et illi quidē hoc donū quasi fortuitū hñt isti vero iaz quasi ex virtute possident. Quasi fortuitū cuiq; est qđ qñ vult vel put vult nullo mō potest velut fortuitum. Igit hoc habent qui in hoc nihil ex ꝓpria industria valent sed solā vacātis gratie horā expectant. tam vero velut ex virtute hmōi gratie efficaciam habere dicendi sunt. qui ex magna iaz pte id possunt cū volunt sed ad tantaz graz nō nisi cū magno labore puenit. Qñ q moyses i mōte. vi. diebz moratur q in. vij. de medio nubis ad dei colloquiū vocat. Per diebz vt notuz est opa nostra pagimus q i septimo req̄escimus. Quasi. vi. ergo dies transimus in hoc monte. qñ cū magno labore q magna animi industria in hmōi sublimitatis statu assuescimus diuci? ꝓmanere. tunc aūt quasi ad septimuz diem venit qñ tanta mentis subleuatō menti in oblectamentū vertitur q sine vllo labore subicit. quasi ad septimū iam diē ꝓringit. qñ in illo sublimitatis statu tandē aliqñ ad summaz anī? tranquillitatē ꝓpmitur. vt non solum omnē curam q sollicitudinē deponat ymo vmuersas pene hūane possibilitatis metas accedat ad colloquiū domini dñi vocante admittim. non ex diuina inspiratōe q reuelatōe in illā diuinoꝝ iudicioꝝ abyssum intromittimur In medii nebule Moyses ingredit qñ humana mens ab illa diuini lūis imm̄ensitate absorpta summa sui obliuione sopitur. ita vt mirari valeas et iuste mirari debeas quō ibi concordet nubes ignorantie cū igne illuminate intelligentie. ignorancia q oblimio voto rum q exꝓtoꝝ cū reuelatōe q intelligēcia ꝓius ignotoꝝ q eo vsq; inexꝓtoꝝ nā vno eodēq; tpe humana intelligēcia als mens q ad diuina illuminatur q ad humana obnubilat. hanc subleuari cū pacem obnubilatōz q subleuationē ps. paucis verbis ꝓrexendit. cū dicit. In pace in idipsum dormiā q requiescam. Veraciter tunc anima pacem inuenit qñ supra semetipam ducta humane passibilitatis molestias animo nō sentit. In hac obdormit quādo ad summam tranquillitatem consopita quicquid sobria cogitare ꝓsueuit ei in obliuionē venit. Qui eñ dormit que circa ipm sunt ymmo q seipz non nouit. Recte ergo per sopoꝝē mētis alienatō exprimit. p quā ab assuetis absentat q quasi p somnum occupata a rebus humanis diuinaꝝ reruz ꝓtemplatōe pegrinatur. Et tunc quidem in idipz obdormit quando in eo per ꝓtemplatōz q admirationē requiescit. cui vnū idemq; est esse omne qđ est. qui solus veraciter dicere potest. Ego sum qui sum. ¶ Et notandum q per mentis excessum supra sive ītra nosmetipos i diuinoꝝ ꝓēplationem rapimur. exterioꝝ oīm statim ymo nō solum eoꝝ que extra nos vel etiā eoꝝ que intra nos sunt ommū obliuiscimur. Et recte cum ab illo sublimitatis statu ad nosmetipos redimus illa que prius supra nos vidimus i ea veritate q claritate qua prius pspexi-

musad nostrã memoriã reuocare om
mino non possumus Et q̃uis iñ aliqd
in memoria teneamus ꝛ quasi p me
diũ velũ ꝛ velut in medio nebule videa
mus. nec modũ quidẽ viuendi nec q̃
litatẽ visionis ꝓhendere vel recor
dari sufficimus Et mirũ modũ remi
niscentes nõ reminiscimur. dũ viden
tes nõ quidemus ꝛ aspicientes nõ p
spicimus ꝛ intendentes non penetra
mus. hec rich. Tantã talemq̃ gratiã
absq̃ dubio put idez rich. dr. Nemo
accipit fine ingenti studio ꝛ ardenti
desiderio. nemo etiã existimet ad illiꝰ
diuini luminis claritatẽ argumẽtãdo
posse penetrare nemo se credat huma
na illud racionacione posse ꝓhebẽde
re. Si em̃ aliqua argumentatõe adiri
potuisset lumen illud diuinũ. vtiq̃ in
accessibile no fuisset. Semiq̃ apostõ
stolus ad illud se gloriaꝫ non quidem
isse sed raptũ fuisse. Scio iquit hoiez
siue ĩ corpore siue extra corpus nescio
deus scit raptũ vsq̃ ad tercium celum
Ad hoc itaq̃ celũ hoies rapiunt. ascẽ
dere aũt nõ possunt. ¶ Possu
mus tñ illam que ĩ hac vita haberi po
test dei ꝓgnitõz tripliciter distinguere
Aliter siquidẽ deus videt p fidem. a
liter ꝓgnoscit p rationẽ atq̃ aliter cer
nitur per ꝓtemplationem. Prima er
go visio ad primũ. Scda ad sctõz. Ter
cia ad terciũ. Ad primũ itaq̃ ꝓtẽpla
tõis celum ꝛ sctõz hoies ascendere pos
sunt. sed ad id quod est supra rationẽ
nisi p mentis excessũ supra semetipos
rapti nũq̃ pertingunt. Cum g̃ mens
hois sic supra semetipaz rapit omnes
humane racõcinacõis supgredit an
gustias. ad illud em̃ quod se eleuata ꝛ
in extasim rapta de diuinitatis lumie
ꝓspicit. omnis humana ratio succum
bit. ꝛ nisi humane rõcinacõis angu
stias deserat ad capiendum diuine ar
chanũ intelligentie sinũ non dilatat.
Quisquis etiaz huius dilecti dñi desi
derio flagrat q̃to em̃ familiarius no
uit tanto amplius amat. eoq̃ frequen
cius eius desiderio estuat. Eius siqui
dem frequens cõtubernium solet sane
desiderium non minuere sed augere ꝛ
amoris incendiũ acrius inflammare.
Qui igit talis sponsi ꝛ dilecti dulce
dine fruitur ꝛ inter humeros illiꝰ re
quiescens eius amore iugiter delectaꝫ
tur q̃ puras frequentes mentis excesꝫ
sus patitur q̃ sepe in extasim raptus
supra semetipm ducitur pulchritudi
nis eius magnitudine attomitus ĩ eius
admiratõe suspendit. cuius mimirum
aĩa cũ seipam pre gaudio iam capere
nõ poterit supra seipam ducit ꝛ per
cessum mentis in supna elevatur. hec
rich. Quivero p excessum mentis ali
quid de supne felicitatis dulcedine de
gustant tales interim a miseria hꝰ fra
gilis vite liberi existunt qz felicitas et
miseria simul esse nõ possunt. Hec p
bat beatus bernñ. in libro de gratia ꝛ li
bero arbitrio ita di. Fatendum ẽ eos
qui p excessum ꝓtemplatõis rapti qñ
q̃ in spũ q̃tulumcũq̃ de supne felici
tatis dulcedine degustare sufficiũt to
ciẽs eẽ liberos a miseria quotiẽs sic ex
cedunt. Hi plane qõ negandum non
est ꝛ in hac carne licet raro raptiq̃ cõ
placiti libertate fruunt. qui cũ maria
optimã ptem elegerunt que non auferꝫ
ret ab eis. Qui em̃ iam tenent qõ au
ferendũ non est. experiuntur vtiq̃ qõ
futurꝫ est sed qõ futurꝫ est felicitas est.
Porro felicitas ꝛ miseria eodẽ tem
pore esse nõ pñt fil quociẽs igitur per
spm̃ illã ꝓcipiant tociẽs istã nõ senti
unt. Itaq̃ in hac vita soli ꝓtẽplatiui
possunt vtraq̃ frui. libertate ꝓplaciti ꝛ
hoc ex pte ꝛ parte satis modica viceq̃
rarissima. hec ber. ¶ Sed miruz

videt cū deus ꝓpinquus sit oīb hominib ⁊ ꝙ tā pauci sunt. qui ipz in seipsis speculent ac etiā in ꝓtemplatōe extra seipos rapiunt. Sed rō est in ꝓmpto ꝙ mēs humana solicitudinib distenta nō intra ad se p memoriaz fantasmatib obnubilata nō redit ad se p intelligenciā ꝺcupiscentijs illecta ad seipam neq; reuertitur p salutis desideriū interne ⁊ spūalis leticie. ītō taliter in his sensib iacens nō pōt ad se tāq; ad dei ymaginē reītrare. Et quō vbi quis cederit necesse hz ibidē īcūbere. Nō poterit ergo anima nostra ab his sensib releuari ad intuitum sui ⁊ eterne veritatis in seipa. nisi veritas assumpta forma humana ī cristo fieret sibi scala repans priorem scalam que fracta fuerat in adam. Ideo q̄tumcū q̄ quis illuminatus lumine nature et scientie acquisite nō potest intrare in se. vt in seipo delectetur ⁊ in dño nisi mediante cristo qui dicit. Ego suz hostiū p me si quis introierit saluabitur ⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet. Ad hoc aūt hostium ñ approximamus nisi in cristum credam⁹ speremus ⁊ amemus. Necesse est igitur si intrare volumus ad fruitōz veritatis tanq; ad paradisum. ꝙ ingrediamur p fidē ⁊ spem ⁊ caritatez mediatoris dei ⁊ hoīs Ihesu qui est tanq; lignum in medio paradisi plantatum. Supuestienda est igit ymago mentis nostre tribꝰ vtutib theologicis quib ania purificat illumiat ⁊ pficit ⁊ sic ymago reformat ⁊ ꝺformis celesti ihalm efficit. Ania igit credens ⁊ sperans et amans ihesum xp̄m qui est verbū increatū inspiratū ⁊ incarnatū scz via veritas ⁊ vita dū p fidē credit īcristū tanq; verbū increatuz qō est verbū ⁊ splendor patris recupat spūalem visuz ⁊ auditū suscipiendi xp̄i sermones. Visū ad ꝺsiderandū illius lucis splēdorem Dum aūt aia suspirat ad suscipiendū verbū inspiratū p desideriū ⁊ affectuz recuperat spūalez olfactū. Dūvo anima ꝺplectitur verbū incarnatum suscipiens ab ipo ꝺlectatōnē. ⁊ transiens p extaticum amorē recuperat spūalez gustum ⁊ tactum Quibus sensibus repatis dū sponsum videt ⁊ audit odoratur ⁊ gustet ac amplexat decantare potest talis anima tāq; sponsa dilecta a cristo illud canticum. Dilectus me⁹ mihi ⁊ ego illi. In hoc nāq; gradu repatis sensibus interioribus ad sentiendū summe pulchꝝ. ad audiendum summe armoniacū. ad odorāduz summe odorifeꝝ. ad degustanduz summe suaue ad apprehendendū summe delectabile disponit aia ad mētales excessus. ⁊ erit spūs noster ierarchicus ad ꝺscendendū sursū ad illā ihalm supernā ad quā nemo intrat nisi grā priꝰip sa in cor descendat. Tunc aūt ad cor ꝺscendit qñ p reformatōz theologicas vtutes ⁊ p oblectatōes spūaliū sensuum ⁊ suspensiones excessuum efficitur spiritus noster ierarchicus scilicz purgatus. illuminatus. ⁊ perfectus. Anima aūt sic purgata ⁊ illuminata ⁊ pfecta intrat seipam intrando in seipsam intrat in supernam ihrusalez vbi angelorꝰ ordines ꝺsiderās videt ī eis deū q̄ habitās ī eis oēs eoꝝ opaꝫ opacōes ℣ Gñ ōt ber. ad euge. Deꝰ in seraphī amat vt caritas. ī cherubī nouit vt vitas. ī thronis sedz vt eqtas. in dñacōib dñaꝫ vt maiestas. In pricipatib ēgit vt pncipium. In potestatib tuet vt salus In vrutib opaꝫ vtus. In archāgelis reuelat vt lux In angelis assistit vt pietas. Ex q̄b ommib videt deus omnia in omnib per ꝓtēplatōz ipius in mentib in quib habitat p dona effluētissime caritatis

T Et notandū ꝓut dicit Rich. de sancto victore. q̄ duo sunt ꝓtemplatō num excessus vnus in intellectu alter in affectu vnus in lumīe alter in amo re. vnus in agnitōe. alter in dēuotiōe. Cuicūq̄ hoꝝ copia daf̄ ve dicere pōt Introduxit me rex in cellā vinariam hec rich. De hac etiā affectōe ꝙgniti one quedā glo. sup illo verbo Gusta te ꝙ vide. sic ait. In gustare. diuinorū affectionē. Invidere. eorūdem ꝙgni tiōꝝ insinuans. Magna sunt quippe ista duo bona ꝙ nō repiunf̄ eis maio ra nec felicitati creature ītellectualis ꝙ rōalis plus ꝙmoda q̄ lumen ꝙgniti omis ꝙ dulcedo affectōis. nam si illu minaris lumīe ꝙgnitōis ꝙ nō faciaris dulcedine affectōis magnū bonuꝫ est sed nō plenū. Si aūt econuerso facia ris affectōe ꝙ nō illuminaris ꝙgnitōe magnum bonū ītuꝫ est sed non pfectū vtrumq̄ igif̄ ad gaudiū plenū diuine refectiōis exigit̄. vt ꝑ bonū bono ad ditū beatitudis felicitas pfectius cu muletur. hec glosa. ¶ Vbi tamē ꝓsiderandū q̄ actus dilectōis excellit actum ꝙgnitōis in aliquo gradu. Dā tur nāq̄ hoī a deo diuerſi habitus sup naturales ad suū finē ꝙsequendum. q̄ est supnaturalis. dantur etiā intellec tui habitus supnaturales ad suū finꝫ ꝙgnoscendum vt fides scīa diuinorū ꝛc. dantur etiam voluntati habit? su pnaturalis ad deū diligedum. vt cari tas siue amoꝝ gratuitus. sed habitus caritatis excellit omnes habitus ītel lectuales vt fidem spem ꝛc. Quod ex presse oñdit aplus ad coꝝ. xiij. vbi pri mo enumeratis aliquib⁹ actib⁹. intel lectus ꝙ voluntatis infert maioꝝ autez hoꝝ est caritas. Et ostendit ibidem q̄ nullus habitus vel actus est meritoꝛi us sine actu voluntatis q̄ ē caritas ꝙ ha bitus ītellectus aliq̄liter euacuabunf̄ ꝑter ipfectōꝫ eoꝝ in pria habitus aūt caritatis ꝑter suā pfectōꝫ manebit i patria. Ꝫ pfectiores habitus pfecti oꝛes eliciunt actus ꝙ iō actus dilectio nis pferf̄ huic actui ꝙgnitōis tāq̄ per fectioꝛ. Vñ matx. xxij. Dilectio ē pri mū ꝙ maximū mandatū. Itē actui di lectōis ꝙuenire vnire ꝙ trāsformare cō uenit vel videf̄ vt dōt doctor. Nā di ligere nihil aliud ē q̄ copulare cristo se amantē cū amato. qꝛ caritas est vi ta copulans amantez cum amato. Ex his pꝫ sane q̄ actus dilectōis excellit ꝙ excedit actū ꝙgnitōis ītellectualis in aliquo gradu inq̄tū aūt excellit in tm̄ excedit eum in attingendo deū in aliquo gradu dilectōis ad quē actus ꝙgnitōis intellectualis nō potest extē di qꝛ sup intellectual' est. Ut dōt augu. Incognita nequaq̄ possunt amari iō est ibi aliqua noticia non intellectual sed affectualis seu expimentalis.

X Cum predictis ꝙcordat hugo su per. vij. libꝛo angelice ierarchie ita di cens. Sic intelligas quanta est vis a moꝛis ꝙ dilectōis si tm̄ intelligi potest qm̄ dilectio supeminet scie ꝙ maioꝛ est intelligentia plus em̄ diligit q̄ in telligitur Intrat em̄ dilectio ꝙ appꝛo pinquat vbi scīa foꝛas stat. Et reddit rationē qꝛ maioꝛ inquit presumēs et confidens amato sua acucie penetrat omnia ꝙ impetum sequens ardētis de sideriꝫ sui nec dissimilare valēs donec ad amatū puenīat ꝙ eo ampli? adhuc firiens intrare ipm̄ ꝙ esse tam ꝑfecte si fieri possit hoc idez sit quod ipe. Ecce expresse dicit q̄ verus amoꝝ vnit deo ī mediaci? q̄ ītellectus ꝙ hoc intelle ctus non capit. Ergo talis noticia af fectualis est superioꝛ intellectuali. Cū hijs concoꝛdat excellen. super cantic. dicens. q̄ intellectus ꝙ affectus fil' co ambulāt vsq̄ ad nomi ssimū ītellect?

vbi habet sue ꝯgnitiõis ⁊ sui luminis ꝯsummatione affectus adhuc ꝓtinet ꝓncipalia in deũ suspiria ⁊ supintellectuales extensiões ⁊ ĩmissiones scz feruidos fulgores ⁊ fulgidos feruores. ad quoꝝ oĩm sublimes excessus ⁊ extendentes sublimitates intelligẽcia trahi nõ põt sed solũ principalis affectus deo vnibilis. hec excelleñ

A Diuina nãq caligo est inaccessibile lumen in qua habitare deus dr ⁊ inuisibilis quidẽ existens ꝓter excedentẽ claritatẽ. ⁊ inaccessibilis ꝓter excessuz. supsubstãtiaĺ lumis ꝓter effusionẽ in hoc fit omnis qui deũ ꝯgnoscere ⁊ videre dignus est habit⁹. Qui igit̃ intrat hanc caliginẽ vnit̃ diuine incompzehẽnsibilitati. quã ñ penetrat intelligentia. quere est oĩm clausura et in se claudit et secretissime celat omnes cogitatões appzehẽnsiuas tãq in pzia oĩm causa ⁊ ꝑ eam omnis ille vnitur deo. qui sup oĩa ꝯstituitur in excellentia. quã nec ratõ inuestigat nec intellectus speculat̃. ⁊ ab omnib⁹ ⁊ q̃ fia seipo segzegat̃ ⁊ pmonẽ dilectõnis. que effectiua est vere ꝯgnitionis vnitur deo intellectualiter. ignara cõgnitõe multo meliozi q̃ fit ꝯgnitio intellectualis ⁊ ꝙ intellectualez ꝯgnitõnẽ derelinquit sup intellectum ⁊ mentẽ cognoscit. De hoc excelleñ sup cã. sup illo verbo Quesiui ⁊ nõ inuenĩ eũ fic ait. Cũ hoc modo deũ quererẽ extẽdendo me ad mihi possibilia vigiles idest celestes panymphi qui custodiũt ciuitatem idest infinitam diuinitatis plenitudinẽ ꝓtinuis suis ꝓtemplactionibus inuenerũt me querentẽ ⁊ ex officio suo sursuz me longe duxerunt. q̃ dixi in ipa admiratõe mea nõ vidistis quẽ diligit aĩa mea. qz adoo ẽ occ̃tus ⁊ sublimis ⁊ gloziosus mihi ⁊ omnimenti. Igit̃ cũ paululũ ꝓtransissẽ eos ascendendo supeminẽciã anime ⁊ caliginẽ quam dñs inhabitat qõ ẽ inaccessibile lumen ꝑ capacitate mea intzoissem inuenĩ ꝑ desideratã ⁊ absorbentẽ vnionẽ supintellectualis ꝯgnitionis ⁊ amoris quem diligit aĩa mea excelleñ. Si autẽ querat aliquis quõ hec fiant talis interroget gr̃az nõ doctrinã. dsideriũ nõ intellectũ. gemitũ oziõis nõ studiũ lectõis. sponsum ñ magistz. deũ nõ hiez caliginẽ nõ claritatem nõ lucẽ sed ignẽ totaliter inflãmantem ⁊ in deũ excessiuis vnionibus ⁊ ardentissimis affectib⁹ transferentẽ. hoc em̃ misteriũ est secretissimũ ⁊ nemo nouit nisi qui accipit nisi qui desiderat. nec desiderat nisi quẽ ignis spũs medullitus ĩflãmat. quẽ cristus misit in terrã. hic igit̃ nihil valet natura. modicũ valet industria. paz dãdũ est inquisitõi ⁊ multũ vnctõi. paz dãdũ est lingue ⁊ plurimũ ĩterne letitie paz dandũ est verbo ⁊ scripto sed totum dei dono hoc est spũisancto. parũ aut nihil est creature sed totũ creatrici patri ⁊ filio ⁊ spũisancto H

Et notandũ ꝙd dr dyonisius. Quod? quo intellectus noster deo ꝯiungi põt est inc̃tuz ꝯiungitur ei vt ignoto. Vñ dicit beatus augustinus. Deus omnẽ formã ĩtellectus nostri subterfugit qa q̃cumq̃ formã intellectus noster cõcipiat illa forma non ꝓtingit ad ratõnem diuine essentie. ⁊ ideo ipe nõ potest esse ꝓuius intellectui nostro sed ꝑ hoc eũ ꝑfectissime ꝯgnoscimus in statuvie ꝙ scimus eũ esse super omne id qõ ĩtellectus ꝯcipe ꝑt. ⁊ fic ei ꝯiungimur quasi ignoto sed in patria ipsuz per formam que est essentia sua ipsuz videbim⁹ ⁊ ꝯiungem̃ ei q̃si noto. De hac diuinitate gre. Nazãzenus exponens illud verbũ. Qui est misit me ad vos fic ait. Esse enim ipsius totum est

et semper esse qđ nec cepit vnq̄ nec aliquādo cessabit insupabile quoddaz ac sine fine substantie pelagus nullis terminis limitibusq̄ circundatum supergrediens sensum oñe tps atq̄ omnē naturā. qđ solo mentis ꝓtemplari possit intuitu. ⁊ hoc subtili admodum ⁊ p exigua inspectione nō ex his q̄ circa ip̄m sunt vt ip̄a veritatis spēs nō tā ex ip̄a veritate q̄ ex his q̄ veritati sunt ꝓxima ꝓtemplet. Effugit eñ prius q̄ teneri queat ⁊ priusq̄ apprehendi possit elabitur. tñ se cordi offerens ⁊ hoc si pur fit quātū hūanos oculos ictus clxoruſci pstringentis ⁊ eo cito ptereuntis illuminat. Idcirco vt ego arbitror q p hoc q omnino q̄tulūcūq̄ ex hmōi lumine ꝓspici potest nec a ꝑtē di nec inquirēdi tribuit spēm Qđ ād vel exꝑte sentiri potest āmiratōis ē et qđ in āmiratōe est ꝺesiderari copiosi? ꝑt. cū aūt ꝺesideratur ꝺesiderantes purificat tunc eos velut ꝓpriosiā ⁊ domesticos facit etiā in colloquijs ⁊ fmonibus ꝓticipes. Absq̄ vllo g̃ est fine credenda diuinitas ⁊ ad senciendū etiaz ip̄i difficilis menti ⁊ hoc est solū qđ ex ip̄a apprehendim?. q? apprehendi nō potest. hec gre. ¶ Oñ ꝺeus id qđ est nec cogitat nec apprehendi potest. nā si apprehendit ꝺeus nō est. pōt tamē cordis oculus si purus est quodā tactu incorporeo ⁊ spūali visu attingere sed nō apprehendere. Qui ergo ꝺesiderat ꝺeū videre ⁊ mēte ꝓtīgere cor purget ⁊ mundum faciat oculum cordis. De hoc beatus augu. in libro ꝺe verbis domini sic ait. Cum de deo loquimur qd mirum si non comprehenditur. Si enī comprehendis nō est ꝺeus. attingere aliquantulum mente ꝺeum magna beatitudo est. apprehendere aūt omnino impossibile. Quis eñ oculus cordis apprehendit ꝺeū. sufficit vt attingat si purus est oculus Si aūt attingit tactu quodā incorporeo ⁊ spūali attingat nō tñ apprehendit ⁊ fit beatus homo cōtingendo corde illud qđ sp beatū manet. ⁊ est illud ipa beatitudo. ⁊ vñ homo fit viu? vita ꝑpetua. Si vis ergo illuz mente ꝓtingere. purga mentem purga cor tuū. mundū fac oculum cordis. Beati eñ mundo corde qm ipsi ꝺeum videbūt. hec aug. Beatus etiaz bernñ. in epistola ad carthuſ. ꝺe hoc sic dicit. Deus idipsum qđ est cogitari omnino non potest. nisi q̄tum ad hoc sensu illuminati cordis ⁊ amoris attigi potest. Certius eñ sensu humili et illuminati amoris q̄ quolibet cogitatu ratōnis attingit. Et semper melior est q̄ cogitat. melius tñ cogitatur q̄ ōr. ipe est summa essencia a quo oñe esse ꝓficiscitur in quo esse nostrū non moritur. intellectus nō errat. amor nō offendit q? sp quezit vt dulcius inueniatur. dulcissime inuenitur vt diligē cius querat. hoc ergo ineffabile cū nō nisi ineffabiliter videatur qui vult cor mundet q? nulla cordis similitudine ꝺeformienti nulla corporea spē vigilanti nullo tactus indagīe nisi mūꝺo corꝺe hūilis amātis videri ꝑtꝰ apprehendi. hec eñ est facies dei quaz nemo videre potest ⁊ viuere viuēdo. hec ē spes cui cōtemplando suspirat omnis qui affectat diligere dñm deuz suū i toto corde suo ⁊ in tota anima sua ⁊ i totis viribus suis. Ad quod etiaz non desinit excitare proximum suum si diligit eū sicut seip̄m. hec bernñ. ¶ Sed et hoc notandū q̄ excessus siue alienatō mēris extasis ⁊ raptus oīa in scripturis p eodē accipiunt ⁊ significant elevationez quandā ab exterioribꝰ sensibus. quibꝰ naturaliter intendim? ad aliq̄ que sunt supra hominem potest tñ inter raptū ⁊ extasim aliquid itereſſe

nam extasis importat simpliciter excessum a seipo sm quez aliquis extra suã ordinatoz pomt. sed raptus super hoc addit violentiã quandã ꝛ mentẽ excedentẽ suã virtutez. De qua dicit paulus Sive mente excidimus deo. glosa. Excessum mentis dicit q̃ mente leuatur ad intelligenda celestia.

¶ In excessu uero mentis duo intelligunt vel pauor vel intentio ad supernatu. ut quodãmõ a memoria elabãtur inferioza. In hoc mẽtis excessu fuerũt omnes sancti quib⁹ archana dei mundũ istũ excedentia reuelata sunt. De hoc mentis excessu paulus dicit. seipz insinuans soli deo excidisse. Excedens eñ mente aplus omnẽ humanã fragilitatẽ omnẽ seculi tpalitatez oia quecũq; nascẽdo ꝛ occidendo euanescunt transeuncia. habitabat i coze in quadã ineffabili ꝓtemplatõe vbi audit ineffabilia verba que nõ licet homini loqui. Sed queritt vt̃ in illo excessu viderit deũ p essenciã. De hoc beatus aug. ad paulinum sic dicit. Quibusdam sanctis deus nõ in sua natura sed in qua voluit spẽ dignatus est apparere sic Abzalx ysaac ceteriscq; similibus. inuisibilis est igit natura deus nõ tm̃ pater. sed ipa trinitas vnus deꝰ ꝛ qz non tm̃ inuisibilis est vt̃ etiã icõmutabilis sic apparet quibus voluerit spẽ vt apud eũ integra maneat inuisibilis incõmutabilisq; natura. deside rẽ aũt veraciter pioz quo videre deuz cupiunt inhyanter inardescit nõ opinoz in eandẽ speciem ꝓtendam flagrat qua vt vult apparet q̃ ipe nõ ẽ sz in eam substantiã qua ipe est quod est Huius emz desideriũ sui flãma Moyses fidelis famulus eius ostẽdit vt ait deo cũ quo vt amicus facie ad faciem loquebatur. Si inueni gram apud te ostende mihi temetipm. Quid ẽ ille non erat ipse. Si nõ esset ipe nõ diceret ei ostende mihi temetipm sed ostẽde mihi deũ ꝛ tñ si eius naturã substãciãq; ꝓspiceret ꝛ multominus diceret ostende mihi temetipm ipe ergo erat in ea spẽ. qua apparere voluerat nõ aũt ipse apparebat in natura ꝓpria quam moyses videre cupiebat. Ea quippe p mittitur sanctis in alia vita. vñ q̃ responsum est moysi vez est q̃ nemo potest videre faciem dei ꝛ viuere idest nemo pt eũ in hac vita viuens videre sicuti est. Unde iohã. ait. Dilectissimi filij dei sumus ꝛ nõdũ apparuit quod erimus. scimus cũ apparuerit similes ei erimus. qñ eum videbimus sicuti ẽ nõ sicut eũ hoies viderunt. qñ voluit in spẽ qua voluit nõ in natura qua i semetipo etiam cum videret latuit sz sicut est quod ab eo petebat cum ei diceretur ostende mihi temetipm ab eo q̃ cum eo facie ad faciẽ loquebat.

¶ Sed potest moneri questio quomõ di substantia videri potuit a quibusdam in hac vita positis ꝓpter illud qõ dictum est ad moysen. Nemo potest faciem meam videre ꝛ viuere mi si eo modo q̃ potest mens humana diuinitus rapi ex hac vita ad angelicam vitã añ ꝗ p istã cõmunem mortem carne solnat Et sic raptus fuit paulus q̃ audiuit illic ineffabilia q̃ nõ licuit vbiusq; ado facta ab huius vite sensibus quedam rõis auersio vt siue in corpe siue extra corpus añ oia resolutio facta fuerit q̃ lis in morte ptingit nescire se diceret Ita fit vt illud vez fit quod dictum est nemo potest faciem meaz videre ꝛ vivere quia necesse est abstrahi ab hac vita mentem. quando in illius ineffabilitate visionis assumitur. hec aug. Item super geñ. dicit idẽ Cur nõ credam? q̃ tãto aplo doctori gẽtiũ rapto vsq; ad excellẽtissimã visiõz voluerit

dei demonstrare vitā in qua post vitā istam viuendū est in eternū hec augustin. ¶ Et notandū q̄ in raptu pauli nō fuit necessariū vt aīa eius totaliter separet a corpe sed manēte hoc statu ablata ē ab anima eius actualis conuersio ad fantasmata sensibilia. ne impedire tur eius elevatio in id qđ excedit omnia fantasmata. & ideo in raptu eius nō fuit necessariū vt dictū est vt aīa eius separetur a corpe vt ei non vniret vt forma Fuit aūt necessariū eius abstrahi a fantasmatibꝫ & sensibiliū p̄cepcione. nam oportet cū intellectus hoīs eleuet ad altissimā diuine essencie visionem vt tota mentis intentio illuc aduocetur. ita q̄ nihil ītelligat ex fantasmatibus sed totaliter ferat in deū Unde & paulus ab oīb abstractus offendiculis vnitiue p̄templatōis mēte tm̄ excessit vt vere amatoꝛ trāslatus in amatū nō aūt vt exanimatus & corpi subductus. ꝓterea apostolus dicit illud bene. Viuo ego iam nō ego. viuit vero in me cristus. nam totā mentem attractus īsup ītellectuales extēsiōes diuinoꝝ inuisibiliū vsq̄ ad feruidos fulgores & fulgidos feruores ad quorum ommiū sublimes excessus & excedētes sublimitates intelligētia trahi nō potuit sz sola principalis affectiō deo vnibilis. Dixit se iam & extunc viuere sed non vita sua sed amati. cuius quo fuit effectus vnus spiritus. Cor nāq̄ eius diuina absorptū dulcedīe sic ēsolutū diuini amoris extitit liquamine vt appetitus cum appetibili mirabili vniretur amicicie vinculo. & ideo in sup subtāciali & suplucēti diuini splē doris caligine factus ascēdit ꝓprio intellectu se esse īcōprhensibilē & vite sue nō viuētem dicens viuo ego iam non ego &c. Sicut em̄ ferrū ꝑflatū in igne in liquorē soluit nil de natura eius re

manente sensibꝫ videtur sed totum in igneam qualitatē vertit sola vero rōe naturā suam q̄uis liquefactā seruare cognoscimus. Sicut g̃ totū ferrum liquefactū ignitum ymo ignis apparet manēte eius substātia. ita mēs Pauli caritatis igne liquefacta & in deum transformata manente natura tota facta est deus. Ex hac etiā mens deuotoꝝ et pfectoꝝ virorum cum p̄templationem & alienationes ꝓiuncta & vnita fuerit deo dormit qnodāmō & quodāmodo vigilat dicens illud cantic. Ego dormio & cor meum vigilat. Tota effectiua tunc dormit & silenciū alīs impōit ommibꝫ potentiis. Et tunc alienatus est a sensibus & in extasi positus & audit verba que nō licet hoī loqui qz tm̄ē in affectu & talia sunt solummō p̄ gratiam. Quia sol ille diuinus per suas īflāmatōes & ardores quos emittit īillas aīas que habent excessus mētales nullus p̄t explicare. Si ei scīz apostoluz gemit? sunt enarrabiles q̄bꝫ p̄ nobis postulat spūs quid sunt excessus quid ve ardores. Unde sol ille diuin? & eternus illam celestem ierarchiaz & istā hūanaz irradiat & inflāmat trifozmi amore illā p̄tentōz visionē & fruitionē. hāc p̄ caritatē de corde puro ꝓscience bona & fide nō ficta. Sed quid est q̄ radi? iste excecat cū pocius deberet illumīare sed ista excecatio est sūma illuminatio. qz est in sublimitate mentis vltra hūanī intellect? inuestigatōz. vbi intellectus caligat. qz nō potest inuestigare qz trancendit omnez potentiā inuestigatiuā. Est ibi g̃ caligo īaccessibilis q̄q̄ tm̄ illuminat mētes q̄ pdiderūt inuestigatōes curiosas vñ ps dt. Posuit tenebras latibulum suū Spiritus autem sanctus leuat animā ad ista obscura & docz īprouisa et hic ē digit? dei ad quē mag? pharao

nis nō potest attingere scz intellectus noster sed affectus. Iste aūt amor ē sequestratiuus sepatiuus ⁊ sursum actiuus. Sequestrat enim ab omni affectu alieno ꝓpter sponsi affectus vnitionez Sopprat ⁊ quietat omnes potentias ⁊ silenciū imponit. Sursuz agit quia ducit in deū ⁊ est sic homo quasi mortuus ⁊ iō fortis est vt mors dilectio. qz separat ab omni casu oportet eī hominem mori ꝓ illū amorē oibz terrenis vt sursum agat ⁊ deo vniatur in q̄ vnione intrat in tenebras radiū. Dicit tenebra qz intellectus nō capit ⁊ tñ anima sūme illustrat ⁊ qz mens oculis intellectualibz illū radiū respicere ñ potest ideo amouendi sunt. vñ dr in cāticis. Auerte oculos tuos a me ipi me auolare fecerūt. Tunc xps recedit qz mens oculis intellectualibz mittitur illam sapiam aspicere qz non ibi intellectus sed affectus vadit ad ꝓfundum cristi. Quiero tantū graciam a domino ꝓcipiunt quodammō deificantur. nam duas naturas rōis capaces creator noster ꝓdidit angelicā scz ⁊ humanā quas ad similitudinē suā creans iēternū subsistere voluit. Et qz beate sine illo esse nequibant sui ꝓticipatiōz illis largiri dignatus ē vt vicz hoc haberent p gram qđ deus est p naturam. Hoc aūt fieri aliter nō potest nisi hi q̄ saluandi deificentur. qz saluari non possunt nisi hi qui deificati fiunt.

¶ Deificatio aūt est assimilatio ⁊ vnicō ad deū ex possibilitatē creature Assimilatō vero fit ꝓ virtutes seu operationē bonā vnicio autez fit ꝓ caritatis feruorē. Quanto aūt quisq̄ ē virtuosior ⁊ caritate plenior tanto est deo similior ⁊ eius vnio cū deo pfectior. Vñ scī ⁊ pfecti viri qz sunt virtuosi ⁊ caritate pleni in suis ꝓtēplatōibz extra se ipos ⁊ eo pfectius cū deo vniuntur. q̄to magis ꝓ vitam virtuosam ⁊ caritatem feruidā deificant qz ꝓ ardorē diuini amoris quē in excessu mentis dulciter ogustant in deū quodāmō transformāt. Ex dz circa hoc vnusq̄sq̄ cōsciam suam discutere ⁊ si domis spūalibus quibus ad amicicia dei ꝓuenit se carere conspexerit debet gemere ⁊ per penitentie remediū illa a dño studeat obtinere. Si autē aliqua dona minora habuerit. maiora ī alīs ñ inuideat sed potius diligat et dñm supplicitet exoret vt illius domi qđ alter pfectius possidet eum ꝓcipem faciat vt dicere possit cū ps. Particeps ego sum omniū timenciū te ⁊ custodientiū māda ta tua ¶ Notandū q̄ his qui per gratiā ꝓemplatōis celestis vite dulcedinē gustauerint ac ꝓgnouerint trā sitoria vilescunt omnia deserunt habita ⁊ eoꝝ animus solū desideriis celestibz inardescit. De hoc beatus gre. in quada omelia sic ait. Qui celestis vite dulcedinē īcipiū possibilitas admittit pfecte ꝓgnouerit ea que in terris amauerat libenter cuncta derelinquit ī comparatione eius vilescunt omnia. deserit habita. congreata dispergit. inardescit animus in celestibz in terrenis nil libet. deforme ꝓspicitur quicqđ ō terrene rei placebat spē. qz sola celestis patrie claritas fulget ī mente naz quem pfecte absorbuerat ad terrena desideria forīs velut insensibilem reddit. hec gre. ¶ Omnis etiā anima ꝓut ōt beatus bernardus. quevel semel gustauerit spiritus sancti dulcedinem pficiam ipsius impossibile ē vt non toto corde desideret īmo ois anima in spiritu ambulans sponsum vel in amplexu vel in affectu osculo ⁊ desiderio etiam cum manducat vel bibit impossibile est nō habere. hec Bernardꝰ. Hāc vero dulcedinē spūalē ⁊ gau

diuꝫ vꝭ aīe mundi ⁊ voluptatū carnalium amatores ꝓcipe non possunt. qz hmōi dulcedo est cordis ⁊ nō carnis. Ūñ eā agnoscere nō potest quilibꝫ carnalis. De hoc rich. de sancto victo. in tractatu suo super Benyamin adolescentulus sic ait. Qui em̄ in bonis falsis atq; vceptorꝫ spem figunt q̄ sint vera bona inuenire nō possunt. Non ergo est mir̄ si eā quilibet amator mūdi nescit. quam deus diligentibꝫ se abscondit est em̄ manna absconditū ⁊ nisi gustantibus omnino ignotū. Est nā q̄ hmōi dulcedo cordis non carnis. Ūñ nec eam nosse potest quilibet carnalis. Ordinatū ⁊ vꝭ gaudiū veraciter tunc habemus. qñ de veris ⁊ eternis bonis gaudemus. Ad tale gaudiū aplūs nos hortat̄ dicens. Gaudete i dño. Et ꝑs Letamini in dño ⁊ exultate iusti. Mens aūt que in laude hoīm delectat̄ quid sit internū gaudiū experiri nō meretur. nec mens hūana misi ꝑ abstinentiā ⁊ pacīam ad vꝭ gaudiū pertingit. Oportet em̄ nō solū falsam delectationē sed etiā vanā perturbationē eū excludere qui vult de veritate gaudere. Qui em̄ i ifimis adhuc delectat̄ internaꝝ iocunditate indignus ē ⁊ qui vano timore prurbat̄ spūali dulcedīe pfrui nō potest. Falsā letitiā veritas damnabat cuꝫ dicebat. Uewobis qui nunc ridetis. vanam perturbationē increpabat cum dicebat. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Hortaut̄ vnū sustinendo supamus. Alterum patiendo toleramus Quid igitur ꝓ tot labores nisi verum gaudiuꝫ querimus. sed huius mercedem toties quasi quasdā primicias ⁊ velut arrā quandaꝫ accipimus quotiēs ad illud internuꝫ dñi nostri gaudium intramus ⁊ ex aliqua pte gustamus. Hanc aūt interne dulcedis degustationem scriptura sacra nunc gustum nunc ebrietatem vocat. vt q̄ fit paruaꝝ magna ostendat. Parua quidem ad ꝓpacōem future plenitudinis magna aūt in ꝓparōe cuiuslibet mūdane iocunditatis. Presens āt spūaliū virorꝫ delectatō future vite gaudijs cōpara q̄tumlibet excrescens inuenitur. in cuius tñ ꝓpatōe omniū exteriorꝫ delectationū est nulla. O dulcedo mirāda dulcedo tam magna dulcedo taꝫ ꝑua quō non magna que terrenam omnem excedis quō non ꝑua que de illa plenitudīe vix stillā modicā decerpis Modicū quidē de tanto felicitatis pelago mentibus instillas mentes tamē quas infundis plene inebrias. Merito tantillum de tantillo gustus quidē dr meri. nihilominus que mentē a seipsa alienat ebrietas nominatur. Gustus ergo est ⁊ ebrietas vere dici potest Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dominus dicit ꝓpheta Et d ebrietate quidē dicit. Uisitasti terram ⁊ inebriasti eā hac itaq; dulcedine inebriari non merentur qui adhuc carnalium desideriorum fluctibus agitantur Uisitasti inquit terram et inebriasti eam Quare ergo solum terram inebriari dicit deus cur etiā non mare. Sed scimus qz mēs q̄ ꝑ varia dsidria fluctuat quā adhuc secularīū curaruꝫ ꝓcella exagitat. in illud internū gaudiū nō admittitur ⁊ illo torrente voluptatis non potatur q̄ dominus inebriat. Quid ergo ꝑ terram nisi fixam cordis stabilitatē debemus accipere. Debemus g̃ fluctuationem cordis restringere ⁊ advmus veri gaudij desideriū cogitationū affectionūq; motus colligere. qui se cupit vel credit illo vere ebrietatis poculo i ebriandum fore. Hec est illa vere beata recta mētis vicꝫ stabilitas trāquilla. quando mens in seipa tota colligi

viuentes inuenimus. Quid est in dño viuere nisi in fide spe ⁊ caritate. Per ista enim viuit in illa vita qua viuitur in dño. Est quedam vita qua corpus viuit ex aia. ⁊ est quedam vita qua aia viuit ex deo. nūc quidē fide spe ⁊ dilectiōe Postea vo p fide ⁊ spe p contemplatōne remanente ⁊ dilectōe. Nō ei nocere potest aie si corpus vitā suā pdit qñ ipa vitā suā in fide spe ⁊ caritate pfistens nō amittit. Sed ōt quisquis securus potest esse post hanc vitā in incertū pgens. hoc aūt solū incertū esse non dz q bonā vitā mala mors sequi nō pōt Qui ergo vult bene mori bene viuat. hec hugo. Cū igit vita bona ⁊ virtuosa nō possit recipe finē malū. necesse est vt hō studeat virtuose ⁊ sancte viuere vt cū fiducia ⁊ hylaritate possit extremū diē expectare. q nemo morte gaudenter suscipit. nisi qui se ad illā dum adhuc viuerz pvite meritū diligēter pparauit. De hoc be. ber. sic ōt. Intelige q veniente morte nullus letus et hylaris suscipit nisi qui se ad ipam dū viueret bonis operibo pparauit. bona em̄ est mors iusti ꝓpter requiē. melior ꝓpter nouitatē. optīa ꝓpter securitatē Econtra mors peccatoꝝ pessima. Vala in amissione mūdi. peyor in carnis ⁊ aie sepatiōe. pessima in vermis ⁊ ignis ptritōe. ⁊ qō oīm pessimū est in diuine ptemplatōis amissione. hec ber̄. Etiā de hoc p quendā ōr. Sic inq̄z vita iugiter disponat vt mors tibi nō amara sed adoptabilis videat. Un̄ ꝛz dictū bea. gre. Qui de sua spē ⁊ opacione securus est dño pulsanti ꝓfesti aperit. q letus iudicē sustinet. ⁊ cū tps pinque mortis aduenerit. de gloria retributōis hylarescit hec gre. Nā qui ⁊ sācte vixerit mors illū n̄ terrebit. Un̄ dicit ysidoꝛ. Nec mors te terrebit si bene ⁊ pie vixeris. nō solum aūt talis mortem nō formidabit sed etiā vtre/ miat exoptabit. Un̄ beatus ber. Ovita secura in pura ꝓscia vbi absq̄z formidine mors expectatur ymmo exoptat cū dilectione suscipit ⁊ excipit cū duo tōe. hec ber. Un̄ pfecti viri qui vitā p/ sentē pacienter sustinent. morte vero in desiderio hñt. Un̄ beatus gre. Perfectoꝝ est vitā hāe in paciencia ⁊ mortem in desiderio. Sed peccatrices a/ mine p̄cognoscentes causam sue damnatōis ꝓpter peccata prius ꝓtracta de corpe exire trepidant ac p̄timescunt. Un̄ ōt bea. Jero. ine xtremo mortis articulo p̄cognoscit aia causam damnacionis sue. quā p̄uidēs a carne exire formidat. Nec mirū q vt ōt hyamo. Nulla maior acerbitas cuiuscūq̄z amaritudīs ⁊ doloꝛ q̄z mors ipa hoīs in peccato tam miserabiliter morientis. Etiā de hoc egisippus sic dicit. Nulla ratio apprehendere nulla quoq̄z lingua exp̄mere poterit. quātus horroꝛ ⁊ miseria peccatoribus post hanc vitā imminebit Nā ꝛm beatū ber. Malum tripler sup peccatores manet. manet em̄ sup eos horroꝛ inextitu. doloꝛ in trāsitu. pudoꝛ in cōspectu glorie magni dei. hec ber. Ex dictis igit colligere possumus q illi mortē timēt qui in peccatis iacēt ⁊ nullum bonum in futuro spant presentibusq̄z radicitus inhærent. Illi vo qui mundū ⁊ seculi vanitates ac uolup tates p̄ cristo contemnunt nec timent mortem nec p̄ncia diligūt. sed potius futura desiderant. Nec mirū q ꝛm cri so. sup matth. Nil doloroſius morte si pioꝝ. Sed econtrario nil dulci mor/ te obituq̄z iustoꝝ. mors nāq̄z a malis minimum formidat. a iustis autem vix expectatur. hec crisostomus. Unde p/ fectiviri non solum non timent mori sed desiderantur dissolui ⁊ esse cū cristo. ex q̄bo vicz bea. Jero. sic ōt. Nihil

mihi iam fozet dulcius q̄z mozi in cozpoze. vt in suo fic anima mea saliat creatoze eiusq̄ foueaf solacio ꝛ dulcoze. atq̄ iocundef eius beatissima visione. hec ihzom. Nec immerito sancti gaudent de mozris aduentu ꝛ mali pertubanf. q̄z vt ōt beatus grego. bonis exiturus de cozpoze occurrit odoz celestis patrie. malis vero fetoz gehenne eterne. Unde beatus est qui in hoc seculo sic viuit vt post cursum huius vite cuz fiducia ꝛ gaudenter cozaz deo summo possit assistere. ac in eius visione eternaliter delectari ac gaudere. De hoc effrem sic ōt. Beatus qui mente habuerit diez exitus sui ante oculos. ꝛ festinauerit in illa patus esse ꝛ sine aliquo timoze peccati vel praue ꝑscie inueniri Beatus qui inuenerit fiduciaz in hoza exitus sui q̄n anima sepatur a cozpoze Cum magnis fletibz ac dolozibz sepatur. venīunt enī angeli assumere eā ꝛ sepabunt eam a cozpe ꝛ pducent eaz ante tribunal immortalis ꝛ metuēdi iudicis. at illa ꝑmemozans opa sua miserabiliter ꝑtremiscit Grandis timoz est frēs in illa hoza mortis ꝛ sepatōis anime a cozpe. Assistent enīz tunc ipsi ante opera eius que die noctuq̄ bona vel mala egisset. ac illa audiens actus suos egredi ptimescit. q̄z peccatrices anime cū metu magno ꝛ timoze hozē do separanf a cozpoziby. ꝛ trementes pgunt ad eternum iudiciū Ea ergo hora cum aīa diuidif a cozpe videns vniuersa opa sua dicit eis. donate mihi vnius hoze spaciū donec egrediar. Et respondentes oēs actus eius dicēt ei. tu nos egisti. tua opa sumus. tecū semp ibimus. tecum q̄z pgemus ad iudicē. Sancta vero anima a cozpe nō timet exire. nec metuit. sed magis gaudens cum fiducia pergit ad deū euecta officijs angelozum. hec effrem abbas. ꝑ

Ubi notandum ꝙ quilibet deuotus ac ꝛtuosus q̄diu in hac peregrinatione ꝓstitutus est debet desiderare debet introitus celestis patrie. q̄z hec vita tota tribulatio ꝛ temptatio est. Unde beatus aug. in glo. super p̄s. sic ait. Et ita ista tribulatio est. ꝛ si tibi tribulatio non est aut paruz patriam diligis. aut sine dubio tribularis Qui enim non tribulaf nō se esse sciat de eo q̄ō desiderat. vnde tibi videf vita ista tribulatio nō esse q̄ō non amas. Ama alteram vitam. ꝛ vi debis q̄z ista tribulatio est quacunq̄ ꝑ speritate fulgeat. quibuslibet delicijs abundet circūfloreat. q̄m nondum est illud gaudiū sine vlla temptatōne certissimū. q̄ō nobis in fine seruat deus. sine dubio tribulatio est. hec aug. Nō enim in ista miseravita in qua peregrinamur potest esse felicitas vel gaudiū vez. Qō testaf Maximus ita dicens Nemo se credat aliquaz felicitatē aut aliquod vez gaudium in hoc sclo possidere. beatitudo hic prepari potest possideri non ꝑt Quo sibi tempora ordine suo succedunt. tempus. s. flendi. ꝛ tempus ridendi. nemo se circūueniat. non est in mundo hoc tps ridēdi Scimus aūt ꝙ omnis homo gaudere desiderat. sed non omnes ibi q̄runt gaudium vbi oportet inquiri. Uez in hoc mundo gaudium non fuit. nec est. nec esse poterit. hec maximus R Unde sancti viri vt liberius pernenire possint ad celestem patriam in hac peregrinatione in labore ꝛ gemitu fuerūt ꝛ ad illam ꝓspiciendam suspirauerūt De hoc beatus aug. in quadā ome. sic ait. Non desiderat patriam peregrinatio sine lacrima. sed desideras q̄ō non habes funde lacrimas. Quis iustus si habuit istas lacrimas. qui non habuit peregrinum se esse non voluit. Qua fronte ad patriam venit qui nō absens

suspirauit. hec augu. Et inde est qđ đt beatus bernđ. Desideremus q̄to possumus desiderio celestē patriā. cū magno ruboꝛe nāq; ꝛ ꝓfusione ad illam peueniet quisquis eā dū mēter modo nō desiderat Quicūq; iugi oꝛōi assidua meditatiōe necnō ꝛ solicita ꝙuersatione in illa uersaꝝ securus hinc egredi ꝛ cū magna exultatione in ea suscipietur. hec bernđ. Ad tale etiā desideriū ut delicet pueniendi ad regnum celoꝛum unāquamq; deuotaꝫ aīam Anselmus hoꝛtaꝝ ita dicens. O aīa tantus đꝛ eē amoꝛ tuus in hac moꝛtali uita ꝛ desideriū pueniēdi ad illud ad qđ facta es ꝛ doloꝛ qꝛ ibi nōdū es ꝛ timoꝛ ne forte non pueñas ut nullam letitiā sentire ualeas nisi de his queribi auxilium ꝛ spem ꝓferunt peruenīendi. hec anselm. ¶ Et ut aīa liberius possit celestia desiderare ꝛ ꝓꝛ ad eternam felicitatē peruenire. necesse est cū adhuc in carne retineꝝ ut affectionib⁹ inoꝛdinatis reluctet ac etiam ab illis mūdet. ut sine obstaculo seu impedimēto pueñre ualeat ad xp̄m. De hoc in libꝛo de spū ꝛ aīa sic đꝛ. Si anima a coꝛpe coꝛpalium affectionū hic non mutaꝝ. coꝛpoꝛe exuta coꝛpalib⁹ tenet passionib⁹. Stude at ergo in hac uita ab hmōi petulantia mundari. q̄tenus cū hinc exierit nihil coꝛruptū secum trahat ꝛ a coꝛpali passione īmunis existat. hec in libꝛo de spū ꝛ aīa. Oꝛtet ergo ut aīa non solum a ꝙsensu abstineat uerūetiam ab omnib⁹ ꝙcupiscentiis se excutiat. put declarat btūs bernđ. latius sup cañ. sup primo ubo En ipse stat post pietē. sic dicens Pꝛope est dñs sanctis ꝛ electis etiam cū longe esse uideaꝝ ꝛ nō equaliter omnibus. sꝫ alīs plus. alīs minus ꝓ meritoꝛum diuersitate. nam ꝛ si ꝓpe est dominus omnib⁹ inuocantib⁹ eum in ueritate non tñ omnib⁹ foꝛsan ut dicere possint qꝛ ipse est post pietem. Sponse uero q̄ ꝓpe ē que uno tñ pariete diuidiť. Propterea namq; cupit dissolui ꝛ rupto medio piete eē cū illo. quem post parietem esse confidit Ego aūt qui peccatoꝛ sum dissolui nō cupio sed foꝛmido sciens qꝛ moꝛs peccatoꝛ pessima Quo nō pessima moꝛs ubi non subuenit uita. foꝛmido exire ꝛ ipse ꝛtremisco poꝛtus ingressum. dū non ꝙfido ꝓpe existere qui excipiat exeuntem Quid eñ securius exeo si non dñs custodiat exitū meū. hec eo ludibꝛio demonū si nō assistat qui redimat neq; qui saluū faciat Nil ualerendū amme pauli cui ab aspectu ꝛ amplexu dilecti unus tñmodo pies obsistebat uidelicet lex peccati quā inueniebat in membꝛis suis Ipsa est oīs carnis ꝙcupiscētia qua carere omnino nō potuit. donec in coꝛpe fuit hoc sane interiecto pariete uno non longe pegrinabaꝝ a dño. Unde ꝛ optando clamat. Quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huius. sciens se moꝛtis ꝙpendio ꝙtinuo pueturum. Hac ergo paulus se fatebatur una lege teneri ꝙcupia. s. quā carni sue immobiliter infitā tolerabat inuitus. De cetero mihil mihi ꝙscius sum inq̄t. Uerū quis similis paulo qui non uite licet huic interdū ꝙsentiat ꝙcupiscentie ad obediendum peccato. Nouerit ꝓinde quis is qui peccato ꝙsenserit ꝛ alterum sibi opposuisse pietem ipsum utiq; illicitū ꝙsensum nec poteſt gloꝛiari qui hmōi est. qꝛ stet sibi post parietem sponsus. quando iam parietes interstint nō paries multo minus si ꝙsensus puenerit ad effectum tūc certius iam pies sponsi impediat accessum actus uidelicet ipse peccati. ꝙ si pcm̄ in usum ꝙsuetudo forte autꝛsus etiaꝫ in ꝛemptum pduxerit. Nōne ita exieris miles antea rugientib⁹ pꝛeparis

ad escā poteris uenari q̄ puenire ad sponsum. non uno siquidē iam sed tanta a te parietū numerositate interclusum. Primus siquidē ocupia. secundus osensus. tercius actus. quartus consuetudo. quintus otemptus Cura igit priori ocupie totis resistere viscetibo vt non cades in osensum. ⁊ ois de inceps malignitatis fabrica euanescit Nec est oino q̄d sponsum appropinq̄re tetat tibi p̄ter solū parietē corpis. q̄tenus gloriari poteris ⁊ dicere de illo. En ipse stat post pietē. hec ber. ¶ Notandū est etiā vt ait bea. aug. q̄ nō sumus in hac vita sine pctis aut ocupiscentijs q̄uis etiam sci. sed exibimus hinc sine pctō. q̄ unusquisq̄ cū de corpore exierit dimittunt ei qui talia habebat vt dimitterent debita. q̄ quotidiamis precibꝰ dimittunt ⁊ exit mundatus. hec aug. Et vt beatus gre. dt super cañ. Cum aīa scā a peccatis quotidiamis ac minutis se ppīam mūdat. dū quotidie pctā minuta cū lacrimis abluit. ⁊ a maioribꝰ se obseruat q̄uis frequēr peccet per assiduā tñ pīaz mūdiciā suam assidue seruat. q̄uis enim mox vt peccata iusticia declinet. dū tñ sp credit in eū qui iustificat impiuz ⁊ assidue sub eius fide pctā sua deflet. p assiduas ablutōes iusticiā suā retinet. hec greg. ¶ Quisquis etiā in iusticia pstiterit. ⁊ precepta dīn seruare non obmiserit. antiquuz hostē in hora sui exitus nō timebit. Dō affirmat beatus greg. vj. mora. sic dicens. Quisquis ad vite precepta dirigit. priusq̄ eterna premia pcipiat. hic iam imitia secure imperpetuū felicitatis degustat. vt antiquū iam non metuit vt interueniente mortis articulo violentos eius impetus non plorescat. Istis nam q̄ imitiū est retributionis ipsa plerūq̄ in obitu securitas mentis. Qñ recte in libro Job dr. Et bestiam terre nō formidabis. Callidus quippe aduersarius bestia terre dr. q̄ ad rapiēdas mortis tempe peccatorꝰ animas violentia crudelitatis effrenat. Quos em̄ viuentes blandiens decipit morientes seuius rapit. Que ptra de electorꝰ ecclesia per p phetam pollicet dīns dicens. Qiala bestia non ostendet per eā. Illi igit terre bestiā morientes timent. qui oditoris sui potentiā viuentes non timent. Sācti etenim viri qui diuine se formidini medullitus subdunt. omne de aduersarij aduentu pondus timoris abiciūt q̄ viuentes perfecte electi timent iudicem. ne morientes metuant accusatorem. Bene ergo dr Et bestiā terre non formidabis Ac si aperte diceret. quia blandiente hoste non vinceris. hunc seuientē postmoduz non timebis. hec grego. ¶ Impiorꝰ vero aīas in hora sue egressionis de corpe magnus terror inuadit. ⁊ amarissime angustie ⁊ pauores illas circūstant. pter remorsum oscie. De quoꝰ miserabili anxietate petrus da. sic ait Pensandū quippe est cū iam peccatrix aīa vinculis incipit carnis absolui. q̄ amaro terrore ocutit. quantis mordacis oscietie stimulis lacerat. recolit vetera que omisit. videt mandata que solito cōplere otempsit. dolet indulta pīe tēpa sese inaniter pcepisse. plorat immobilē districte vltionis articulū ineuitabiliter imminere, manere satagit ⁊ exire opellitur. recuperare vult perdita ⁊ nō auditur. Post terga respiciens totius trās actę vite cursum velut vnū breuissimū deputat itineris passum ante se oculos dirigit. ⁊ infinite perhennitatis spacia deprehendit. plorat ita q̄ q̄ intra tam breue spacium acquirere potuit omnē seculorꝰ leticiam. Deflet etiam se tam pter breuis illecebris voluptatē ine-

narrabilem perpetue sanitatis amisse dulcedinē Erubescit q; ꝓpter illā substantiā que vermibꝫ erat obnoxia. illā neglexit que chorꝭ erat angelicis inferenda. Ideo radios mentis attollit ⁊ cū diuitiaꝝ immortaliuꝫ gloriā ꝓtem plat eam ꝓpter vite hmōi inopiā pdidisse ꝯfundit. Cūq; sub se reflectit oculos ad huius mūdi qualem terrāq; caliginez sup se mirat eterni luminis claritatē Liquido deprehendit q; nox erat ⁊ tenebre qꝫ amauit. O si rediui uum pme tps mereri posset q; dure cōuersatōis iter arripet. q;ta ⁊ qualia ꝓmitteret quantis se deuotionū vinculis innodaret. Interea dū oculi ꝓtabescūt dū pectus palpitat. raucuꝫ guttur anhelat. dentes paulatim ingrescunt. palpescūt ora. membra cūcta rigescūt als augescūt. Dū hec itaq; ⁊ hmōi tāq; vicini mortī ꝓcedentia famulantur officia. assunt oīa gesta simul ⁊ verba. nec ipse etiam cogitationes desunt ⁊ cūcta hec amaꝫ aduersus auctorem testimoniū reddūt. Coaceruant oīa ad respuentis oculos que respicere refugit ⁊ eo modo coactus ⁊ inuitus attendit. Adest ꝓterea huc horrenda demonū turba illuc virtus angelica In illo qui medius est liquido replendit cui parti iure possessio vendicet. naꝫ si pietatis in eo vident insignia inuitatōis angelice blādicīq; delinit atq; armonice melodie dulcedine. vt exeat ꝓuocatur. q; si eū sinistre parti meritoꝫ nigredo ⁊ feditatis squalor adiudicet. intolerabili mox terrore ꝓcutit. repentini impetus violentia ꝓturbat ꝓcipitāter inuadit. ac de misere carnis ergastulo violēter euellit. vt ad eterna supplicia tam cū amaritudine ꝓtrahat Jam vo post egressionem de corpore quis explicare valeat quot armature spūum inquoꝝ acies insidīq; lateāt. quot frementes cunei feralibꝫ telis instructi iter obsident. ⁊ ne transire libere possit aīa velut militari more ꝯstipare legiones oppugnant. Hec ⁊ hmōi freqnter in corde versare quid est aliud q; leno cinantia vite huius blandimēta respuere. mūdo repudium dare illicitos carnis motus elidere. solūq; perfectionis adipiscende ꝓpositū indeclinabiliter custodire. hec petrus dami. A Notandū etiā q; diabolus grauissime tēptat fideles cū iā mori appropinquant Testatur hoc anastasius qui sic dr. Demon siquidem fortissimis aggressionibus suis temptat. dum ipse homo mortis sue foribꝫ appropinquat ⁊ maxime in duobꝫ viz in fide ⁊ in spe. In fide tēptat q; valde conat quo possit hoiem tunc a via veritatis ⁊ a fide catholica euertere. ⁊ in errorez infidelitatis inducere. ⁊ sicꝫ sequenter in ꝑditionem ꝓtrahere. Unde optima cōsuetudo in ordine cisterciēn. inoleuit. nam cū aliquis fratrū in extremis laborat pcuritur tabula lignea. ⁊ occurrentibꝫ fratribꝫ expressa voce dr ac pclamat Credo in vnum deuꝫ vt ille frater qui in articulo mortis est ꝯstitutus audiēs ꝓba symboli ad seipsum redeat ⁊ si fortitā temptat ꝓcitium incredulitatis postposito errore infidelitatis in fide catholica solidet. Unde necesse est vt homo cū adhuc in corpe subsistit ⁊ icolumis est picula que in mortis hora euenire solent freqntius meditet ⁊ sic viuat vt illa cū venerint non timeat sꝫ cū dei adiutorio vincat. De hoc damas. sic dr Temptabit nos hostis antiquus mira obliquitate veritatis ⁊ fidei in extremis ꝓpter qꝺ animus quidē noster in meditatione eoꝝ que in morte futura sunt terribilium iugiter est exercendus. ⁊ prescientia futuroꝝ euentuum imbuendus. hec damas. B Secū

do malignus spūs temptat hoīnem in illa vltima hora ī spe. q2 laqueos despe rationis in cor hoīs tunc tpis immit/ tere solet. per quos decipiat ⁊ in despe ratōem inducat. ac postmodū in eter/ nam damnatōez ptrahat Contra hoc etiā periculū debet vnusquisq; pervite sanctimoniā ac bonam ꝓuersatōem se munire vt aduemente tēptationis tur/ bine pdurare valeat. Vñ beatus greg. Obiciet tibi spūs malignus mortis in tpe infinita despationis p2estigia ⁊ erroris q̄ nullatenus effugies nisi diu viuis te p2emunias ⁊ ꝓfirmes. hec gre go. Debet ergo quilibet fidelis adhuc dū viuit cor2pore timorē dñi p2e oculis cordis habere ⁊ virtuose viuere. vt in illa vltima necessitate fiduciam in deo ⁊ ꝓsolatōem mereaf ab ipso p2cipere. Unde dr ecclī.j. Timēti deū bene erit in extremis ⁊ in die defunctionis sue benedicef Ubi etiam norandū vt dr be atus greg. xxij. mora. Dū viuimus de/ bemus bona nostra a memoria repelle re ne extollant. ⁊ appropinq̄nte extu plerūq; ea humiliter ad memoriaz re uocemus vt vicz fiduciā p2ebeant ⁊ de speratū timorē p2emant. hec greg. In de etiā est q̄ idem beatus grego. xxiij. mora. sic dr. Nonnunq̄z aīa etiā iusta solutioni carnis appropinq̄nte terroze vindicte turbaf permittente. s. deo Et si quid tranquillū in hac vita sape po/ tuit mortis articulo interueniente ꝓcu tif. sed iustor aīe a leuib quibusq; cō tagijs ipso sepe mortis pauore purgā tur. ⁊ eterne retributionis gaudia iaz ab ipsa carnis solutōe p2cipiūt. Ple rumq; vero p2emplatione quadā retri butionis interne etiā p2iusq; carne ex polient hilarescunt ⁊ dū vetustatis de/ bitū soluunt noui iā muneris pfruun/ tur. hec gre. ¶ Cū itaq; vnusq̄sq; maxime in illa hora extrema indigeat ꝓsolatōe diuina vbi tot pricula occur/ runt. necē est vt hō dū adhuc sanus ē talem dñm ⁊ amicū sibi q̄rat ⁊ eligat. qui eum a tot malis liberet ⁊ defendat Iste vero dñs ⁊ amicus est dñs nr̄ quē sibi q̄libet in amicū ⁊ p2ēm eligere dz ⁊ eidē fortiter adhrere per fidē. p di/ lectōem. p vite sanctimoniā ⁊ purita/ tē vt in illa tremenda mortis hora me reaf ab ipso de insidijs demonū libera ri ⁊ ad eterna gaudia ꝓduci De hoc be atus aug. sic dr. Elige inq̄z illū amicū p2e omnib amicis tuis xp̄m vicz. qui cū aīa subtracta fuerit tibi solus fidē seruabit in sepulture tue hora. Cū ami ci tui recedēt a te. ille te nō derelinq̄t. sed tue bif re a rugientib p2eparatis ad escā ⁊ pducat te ad ignotā regionē at q̄z pducet te ad plateas celestis ihr̄m ⁊ ibi collocabit te cū angelis ante faci em maiestatis sue vbi est cumulus feli citatis supeminens gla. supabundās leticia ⁊ oīa bona. hec aug.

Filius.

Quapio etiā scire cū aīe soluunf a cor2pib ad que loca ferant vel vbi locent aut subsistant.

Ca. XIIII. Pater

De hoc scire de/ bes q̄ excepto lymbo puer or2 sine baptismi sacramento decedentiū in quo est pena damni ⁊ nō sensus tria sunt por2issima loca. ad que aīe mor2i post absolutionem a cor2pib ferunf videlicet infernus purgator2ium ⁊ re/ gnum celor2. In quib locis aīe scōm meritum vel demeritū recipiunf. Hec vero loca qualia sint nō possunt nobis esse nota. sunt tamen substantijs spūa lib .i. animabus congrua ⁊ conueni/ entia De hoc thomas de aquino sic di cit Quamuis animabus post mortem non assignēf aliqua cor2pora quor2 sint

formę ⁊ determinati motores. determinant tñ eis quedam loca corporalia ſm quandam congruentiam ſm gradus dignitatis eor. in quibꝫ ſunt quaſi in loco eo modo quo incorporalia in loco eſſe poſſunt ſm qđ magis vel minus accedunt ad primã ſubſtantiam. cui locus ſuperior p congruentiã deputat. ſ. deum cuius ſedem celũ ſcriptura eſſe denunciat. ⁊ ideo aīe que ſunt in participatione pfecte deitatis in celo eſſe ponimus Alias vo que a participatione hmõi impediunt loco contrario dicimus deputari. ℭ Et ſciendũ qđ incorporalia nõ ſunt in loco aliquo modo nobis noto ⁊ conſueto. ſm qđ dicimus corpora eſſe in loco eſſe. ſunt tñ in loco mõ ſubſtantie ſpũali ibi quiẽnti. qui nobis plene manifeſtus eſſe non pt. Et ſicut in corporalibꝫ eſt gravitas vel levitas qua ferunt ad ſuum locũ. qui eſt finis motus ipor. ita etiã eſt in aīabꝫ meritum vel demeritum. quibꝫ quiẽnt aīe ad pmium vel pnã q̃ ſunt fines actionũ ipaꝝ. ℭñ ſicut corpus p gravitatez vel levitatẽ ſtatim ferr in locũ ſuũ niſi phibeat. ita ⁊ aīe ſtatim ſoluto vinculo carnis p qđ in ſtatu vie detinebant ſtatim pmium conſequunt vel pnã. niſi aliquid impediat ſicut interdũ impedit conſecutionẽ pmij venialis pctm̃ qđ prius purgari or. ex quo ſeqr qđ pmiũ differat. Et qr locus deputat ſm cõgruentiam pmij vel pene ſtatim vt aīa ſoluit a corpore vel in infernũ demergit. vel ad celos evolat. niſi impediat aliquo reatu quo oporteat evolationem differri. vt prius aīa purget. Et huic veritati auctoritates ſacre ſcripture canonice atteſtant ⁊ patrũ documenta ſcor. vnde contrarium p hereſi eſt habendum. hec thomas Ex pdictis cognoſcimus tria eſſe loca animabus deputata ſcom meritum vel demeritum. ℱ Et ſciendum conſequenter de pna infernali qđ pna ipſa infernalis eſt in loco corporali deorſuz. in quo eternaliter affliguntur omnes reprobi tam homines q̃ ſpiritus mali. affligent aũt eodem igne corporali qui concremabit ⁊ ſpũs ⁊ corpora. nec tamen illa corpora conſumet ſed ſemper affliget alia plus alia minus ſm exigentiam demeritorum. Ignis namq̃ infernalis non omnes equaliter cruciabit. qm̃ ab eodez igne alij plus alij minus torquebunt ſm qđ plus vel minus peccauerunt. Quãuis aũt ille ſit corporeus nec poſſit agere in ſpũm ipſum calefaciendo. agit tñ in ipſum vt inſtrumentum divine iuſticie ipſum ledẽdo ⁊ ille dolor eſt maximus tum ꝓpter potentiaz divine manus illum ignem moventis. tum ꝓpter ſenſibilitatẽ patientis. tum etiã ꝓpter immediationem conjunctionis. De cuius ignis acerbitate beatus aug. ſic ör. Quantũ diſtat ignis materialis ab igne picto. tm̃ diſtat ignis infernalis ab igne materiali. cuius tanta eſt violentia qđ ſi marium vniverſitas flueret in ipſum nec ad modicũ refrigeraret Et notandum qđ reprobor aīe que in presentivita moriunt per culpaz in infermo poſſite eazuz mors eternaliter vivet in pena. in qua exñs non ſolum maiora ꝑpetã verumetiam minora tormenta patiendo perſoluent. De hoc beatus gregorius. xv. mora. ſic dicit Cuius hic vita mortua fuerit in culpa. illius etiã mors vivet in pena licet que fecit omnia nec tñ conſumet quia cruciat ⁊ non extinguitur. moritur ⁊ vivit. deficit ⁊ ſubſiſtit finitur ſemper ⁊ ſine fine eſt. hec ſolo auditu valde terribilia ſunt q̃rto magis paſſione. gravior tñ tormẽta recipiunt illi qui multas iniquitates ex ſuis pravis deſideriꝭ ꝓpetrauerũt Diſtricta oĩpotẽtis dei iuſticia ſup

plicium a reprobis exigit p peruersis actib⁹. ⁊ eis mala vsq; ad verbo⁹ retributõem reddit. vt qui de magnis malis debitores sunt. supplicijs traditi etiam nouissimũ quadrantẽ soluunt. Illis enim minima pcunt qui maiora in se mala districte detestauerunt. Haz quos magna premunt etiã minima pariter in gehenna affligũt. hec greg. ¶ De igne etiã infernali hugo de scõvicto. sic dt. In inferno dr ignis esse inextinguibilis. ⁊ qui vt sp ardeat nutrimẽto nõ eget. ⁊ ab initio mũdi demonib⁹ eternaliter cruciandis prepatus. In quo .s. igne etiã hoies maligni cũ demonibus eternã penã passuri. q⁹ in hac vita posiri ad culpaz eis psenserunt. Ad hunc infernũ aie sceleato⁹ a corpib⁹ egresse statim retrudunt. hec hugo. In quo etiã inferno erit ⁊ est calor ignis. frigoris. tenebre. fumus. lacrime interiores. aspectus demonũ. clamor. improperiũ. aridras sitis. fetor sulphuris. vermis psciẽ. vincula carcer. timor. dolor. pudor. rancor. tristicia carentia visionis dei. ablatõ spei oĩs salutis. In quib⁹ etiã pmis erit afflictionis varietas ⁊ cũ varietate acerbitas interminabilis vt ad reprobor̃ supplicij tormento⁹ fumus ascendat in secula seculo⁹. ¶ Vbi etiã pside randũ. put dr tho. de aquino q spũs dãnati nunq; sunt extra infernũ. nisi ex dispensatõe dina vel ad instructõez vel exercitiũ electo⁹. vbicunq; aũt extra infernũ sunt sp tñ vident eternum ignem infernũ. Vñ cũ ista visio sit immediate affligens. vbicunq; sunt ab igne infernali affliguntur Unde sicut gloria electo⁹ non minuit si aliq̃ extra celuz empirreũ sint. ita etiã in nullo minuit pena damnato⁹ si extra infernũ diuina dispensatõne ponant ad tps. Similiter ⁊ dyabolus vbicunq; sit. siue in aere. siue sub terra. secũ trahit tormenta flammar̃ suarũ. hec tho.

¶ De purgatorio etiã sciendum est primo q ille ignis purgatorius scz est corpalis ignis. per quem tñmodo spũs iustor̃ qui in hac vita pñiam non impleuerunt ac satisfactõem dignaz affligunt ꝓm plus ⁊ minus. ꝓm q pl⁹ de cremabili ex hac vita traxerint. Affligunt tñ minus graviter q; in inferno ⁊ gravius q; in hoc mundo. non tñ ita graviter quin sperent ⁊ sciant se in inferno non esse. licet forte p penaruz magnitudine hoc aliquotiens non aduertant. Hac aũt pena ab igne corpali afflicta purgant spũs a reatib⁹. scorijs ⁊ reliquijs peccator̃. quib⁹ sufficienter expurgatis immediate euolant ⁊ introducunt ad gloriam padisi.

¶ Et notandũ q diuine iusticie ordo hoc exigit. vt spũs ab igne materiali habeat puniri. vt sicut ꝓm ordinẽ nature anima vnit corpori vt influat vitã sic vniat igni materiali ꝓm ordinez iusticie vt punibile puienti a quo suscipiat penaz. Et q⁹ viri iusti qui sunt in gratia nõ sunt digni nisi pena transitoria ⁊ tanto maiori pena sunt digni. qñto maiora cmiserunt pcta ⁊ minorem egerũt pñiam. Hinc est q ab igne materiali puniunt rpaliter. quidã tñ diutius. quidã breuius. quidã acerbius quidã leuius ꝓm q reatus exigit offensar̃. Recte est em vt dr beatus augu. q tñ vrat dolor quantũ dilexerat amor. Tanto em difficilius quisq; purgat. quanto medullis cordis eius intimius amor inolexerat mundano rũ. ⁊ iõ tanto vnusquisq; torquet diutius q;to eius affectus venialibus adhesserat fortius Unde item bea. aug. de hoc sic dr. Post hanc vitã incredibile nõ est nõnullos fideles per ignem quendam purgatoriũ quãto magis minusue pcuntia di

lexerunt. tãto tardius citiusq; saluari.

¶ Vñ non frustra illa tria distinxit apls Lignũ fenũ stipulã q̃ illi edificãt qui ⁊ si aliena nõ rapiũt. rebꝫ tñ mundanis suis ꝓcessis aliqua dilectione inhærent. qꝛ ẽm suos amandi modos diutius vt lignũ vel minus vt fenũ vel minimũ vt stipulã ignem sustinebunt Qui vo supedificant aurꝫ argentũ lapides pꝛecioſos de vtroq; igne securi sunt. nõ solũ de illo eterno qui cruciatus est impios in eternũ. sꝫ etiã de illo mundatorio quo purgabunt quidã saluandi. In auro intelligit templario dei. in argento dilectio pximi. in lapide pciosos bona opa. Hic obiici pt Si p lignũ fenũ stipulã venialia intelligãtur pcta ⁊ nullus a deo pfectus ẽ quin venialiter nõ peccet g̃ qui edificant aurum. argentũ. ⁊ lapides pcioſos edificant etiã lignũ fenuꝫ ⁊ stipulã g̃ p ignem tranſibũt. De hoc sciendũ q̃ non oĩs qui venialiter peccat lignuꝫ fenũ ⁊ stipulã edificat. Lignũ quippe fenuꝫ ⁊ stipula accipi pñt seculariũ rerꝫ amatores q̃uis licite ꝓcessarꝫ tales cupiditates vt amari sine omni dolore nõ possunt Hec g̃ edificat is qui cogitat que mũdi sunt qũo placeat qui circa diuitias suas quodã carnali affectu tenet ⁊ tamẽ ex eis multas elemosinas facit nec p eis aliquid fraudis vel rapine molit. Ex his igit patet q̃ non homo idem simul hec ⁊ illa edificat. Illa ẽm edificatio pfectorꝫ tm̃ est. qui nõ cogitant placere mundo sed tm̃ deo qui ⁊ si venialiter aliq̃ peccant feruore caritatis ira absumit in eis pctm̃. sicut aque gutta in camino ignis ⁊ ideo nũq̃ vel raro portant secum cremabilia Si vo mundũ deo pponerent non supedificarent sed destruerẽt fundamentũ. Affectiones igit quib carnales deduti sunt hominib ꝓuigib possessionib ita vt mil

pponat christo illis tribꝰ signant que in mentes pfectorꝫ nõ cadunt Et si criminalia nõ admittant. In sordib vo minorum interdum durant vsq; in finem qui cũ talib edificijs transeũt sꝫ dissoluent in igne Ipi vo merito fundamẽti salui erũt. grauissimã tñ penã sentient. Ex quo apparet quantam hic miam exhibet deus. ⁊ quantã exercebit ibi seueritatẽ cũ p eodem pctõ multo grauius ibi puniat q̃ hic. ¶ Vbi etiã notandũ q̃ sunt nõnulli qui capitalia crimina ꝓmiserunt vel si fecerũt p pmiam ⁊ satisfactionẽ licet insufficientem in venialia ꝓmutauerũt ⁊ multa venialia addiderũt Hi tales qui nõ hñt capitalia euadũt infernũ sꝫ qꝛ hñt venialia non statim transeunt in celum. sed in locũ mediocrem hoc est in purgatorium. vbi tamdiu detinentur quousq; ipa venialia p ignẽ purgatorium ꝓsumant vel p suffragia sanctorum redimant Vnde dr beatus augu. Qui capitalia crimina non admittunt sed ad minuta pretrãda faciles sunt ⁊ ad redimenda negligentes ad vitam eternam sine dubio venturi. sꝫ prius in hoc seculo p dei iusticiaꝫ amarissime sunt torquendi. aut p multas elemosinas ⁊ orõnes liberandi. aut certe illo igne de quo dr apls Sic quasi per ignẽ lõgo tempore cruciandi Que aurez sunt illa venialia Idem beatus augustinus enumerat dicens. Quantum aliquis in cibo ⁊ potu plus accipit q̃ necesse fit quotiens flagello dei impatiens fuerit. quotiens plus loquit q̃ oportet. plus tacꝫ q̃ expedit. quotiẽs malas cogitationes fine ꝓsensu admiserit. quotiẽs in diuino seruitio negligens fuerit. quotiẽs terrena dilexerit citra deũ hec ⁊ similia ad minuta peccata pertinere nõ dubiũ ẽ Ex quib pcis liceat ia nõ damnet tñ velut quibusdam pustu

lis ⁊ horrida scabie deformant animā vt ad amplexus dei ī celo nullatenus admittaf Et ideo quicqd de his minutis ptinuis oīonibꝫ. elemosinaꝫ largitionibꝫ. mīe operibꝫ. missaꝫ ꝓpationibus. ieiunijs ⁊ indulgētijs eoꝝ qui in nos peccauerint assidue redemptū nō fuerit. aut hic multis tribulatōnibus expiaf vel illic in purgatorio depuraf hoc ipsum tñ aīa plus patif ⁊ minus. quam diuersitatē apls insinuat cuz wo cat eadē minuta lignū. fenū ⁊ stipulā. non q̄ sint talia. sed qz cruciāt plus ⁊ minus ¶ Sciendū etiā q̄ ignis purgatorius valde durus ⁊ acerbꝫ est ita q̄ nulla pena hui⁹ mundi dolori illius pene ꝓpari possit. Et hoc ꝓbat bea. aug. sic dicens Ignis purgatorius durior est. q̄z quicqd in hoc seculo videri aut cogitari p̄t. Omnis eñ tribulatio quantūcunq̄ magna vel longa in hac vita modica ē respectū purgatorij ⁊ iō totis viribꝫ vnusq̄sq laboret. vt capitalia crimina possit euadere ⁊ minuta pctā ita operibꝫ bonis redimere. vt de ipsis nihil videaf remanere qđ ille ignis possit absumere. Illi aūt qui capitalia crīna ꝑmittunt si q̄diu viuūt ea pñie medicamētis redimere noluerīt ad illū ignem puenient de quo dñs dt. Ite in ignem eternū. Et ideo q̄ ab ista ꝑpetua pena ⁊ ab illo purgatorio igne desiderāt liberari. crīna capitalia non admittāt. aut si iam ꝑmiserint. fructuosam agant pñiam. addentes lacrīas rugitus ⁊ gemitus longo cōtinuatos tpe. ⁊ illa pua vel quotidiana pctā bonis operibꝫ redimere nō desistant. hec aug. Et qz durꝫ est ad modicū illa tormenta sentire. ideo tutius est ⁊ salubrius vt in p̄senti vita homo subeat purgationis remediū ⁊ pñie. vt illas penalitates euadere possit in futurꝫ. De hoc hugo de scō victo. sic ait. Est ignis qui dem qui purgatorius dr. vbi purganf ⁊ mundanf qui hic corrigere ceperūt ⁊ non ꝑfecerunt. Qui aūt in hac vita nec incipe voluerūt. ibi ꝑsummare nō p̄sūt. Quibꝫ aūt hic correctōem suā incipe datur. illic correctionis perfectio refuaf Tñ tutius oīo est vt hic incipe ⁊ pficere ꝓtendas vt illic nihil tibi faciendū vel patiendū superfit. Durꝫ est tormēta illa vel modicū vel ad momētum sentire. ꝓterea tibi tutius oīno ē vt hic incipias ⁊ pficias qđ facere debes. q̄ si pficere ñ potueris tñ si inchoaueris noli desperare saluus eris. sic tñ qz per ignē ardebis quidē donec ꝑsum ptū fuerit qđ cremabile portas. tu aūt saluus eris qñ fundamentū vite in te pmansit qđ caritas dei est. hec hugo.

¶ Et sciendū ꝑut dr rich. de scō victo. q̄ tribꝫ modis purgatō peccatoꝝ agif. aliqñ ſm solam severitatē. aliqñ ſm solam pietatē. aliqñ ſm solaz moderatōnem vtriusq̄. vt miseratio ipsa non sit sine nōnulla severitate. nec severitas sine miseratōe. Siquidem in igne purgatorio intolerabilis afflictō sine totius ꝑsolationis remedio Inwo luntaria satisfactione est afflictio cum multiplici ꝑsolatione. In lauacro regenerationis plena emundatio nihil habens afflictionis. Prima purgatio agif per incendiuz. secunda per flagellum. tercia per lauacꝫ. Per incendium purgatorij ignis scoria peccati excoquif. per flagellum satisfactōnis palea peccati excutif. per lauacrum regenerationis peccati macula absq̄ pena diluif. Sunt autez multi qui in extremis veraciter pemitent. sed morte p̄uenti tempus satisfaciendi non habēt Ex his quidem maluz qđ iniquitatis ⁊ impietatis est. ad veram eorum pēm tentiam remittitur. quod vero turpitudinis ⁊ impietatis ē purgatorio igne

excoquit. ⁊ his dictuz intellige qđ in ps. habes Beati quoz remisse sunt iniquitates. Alij cū magna deuotiõe ad pfessionẽ uenũt ⁊ cū omni studio ⁊ solicitudĩe satisfactionẽ soluũt ⁊ turpitudinẽ suã caritatis opib⁹ ⁊ uirtutũ uarietate obducũt. fit itaq; in eis qđ alĩs legis. Caritas opit multitudinẽ pctõz. In his adimplet illud ps. Beati quorum tecta sunt pcta Plures post multa flagitia ⁊ blasphemias de iudeis ⁊ gentib⁹ uenientes in xpo regenerat. quibus tñ p preteritis malis nihil satisfactionis iniungit. qz renatis in xpo de añ actis pctis nihil iputat. p talib⁹ esse dictũ puta Btũs uir cui nõ imputauit dñs pctm Et sunt nõnulli qui tã pfunde ⁊ intime pnitent ⁊ tanto deuotõis ardore in ipa sua pnia feruent. ⁊ tm de dñi pietate psumũt. ut hoc ipm in eis ad pctõz suoz expiationez sufficiat ⁊ dñs sibi poĩa placabilẽ reddant. Testat hoc tam sero pnitẽs latro ille qui stati audire meruit. Hodie mecũ eris in paradiso Eiusmodi quelibet in eoz currit numerũ quib⁹ a dño nõ imputatur pctm sed dimittunt eis pcta multa qm diligunt multũ. hec richar. ℙ Ubi etiã ꝑsiderandum q in pctõ duo sunt remittenda culpa uiz ⁊ pena. Culpa remittit ꝑ pfessionẽ ⁊ corđis ꝓpunctionẽ Ex culpa dimissa adhuc remanent pcta remittẽda q̃tum ad penam ad cuius remissionem requirit satisfactio. que fieri solet p bonũ opus caritate formatũ. Et hoc ꝑm plus ⁊ minus ꝑ unusquisq; in pctis ⁊ facinoribus excessit Q Et notandũ q remissio culpe aut nulla est aut totalis Sed remissio pene fit per partes ⁊ non tota simul de coĩ cursu licet aliq̃ fiat tota simul ꝑ feruorẽ pnitentis ⁊ ex liberalitate dei. Et hoc fit maxime cũ ops deus coz hoĩs p gram ꝓpunctõis accendit. ⁊ feruentes lacrimas ꝑ pctis effundere facit que ita habundãtes eẽ pñt q pcta oĩa nõ solũ q̃tuz ad culpã uerũ etiam quantũ ad pnã valent abluere Uñ maria magdalena ex feruida corđis dilectione lacrimis suis xpi rigauit pedes. ⁊ ideo ab ipo dño audire meruit dimittunt tibi pcta tua non solum quãtum ad culpã sed etiaz quãtum ad penam ꝑ ter uehementẽ amorẽ caritatis dei qm dilexit multuz Simile etiam legit de beato petro. qui post negationem trinam egressus foras est ⁊ fleuit amare. cui statim dimissum est totum peccatum ⁊ in signum huius dominus post resurrectionem suã dignatus ẽ sibi singulariter apparere ⁊ in eadem apparitione ipm mirabiliter consolari Ex quib⁹ colligere possumus q ad pfecte delendum peccatum q̃tum ad culpam ⁊ quantum ad penam nihil ita efficax est quemadmoduz lacrimosa ꝓpunctio. que ex feruido ⁊ humili corde procedit. Quod exhortando affirmat beatus bern̄. sic dicens. O homo una lacrima de puro corde ⁊ contrito ꝓcedens plus purgat animam tuã q̃ ignis purgatorij infra spacium decem annoz. hec beatus bernar. Uñ uere pnitentes non solũ emendant uitam suam uirtuose ⁊ religiose uiuendo uerũ etiam dñm deprecantur ut gratia compunctionis ⁊ lacrimaz illis donet ut. a suis excessib⁹ in pñti uita perfecte ablui mereantur. Quam etiam gratiam se obtinere a domino confidentes cum ps. dicũt. Cibabis nos pane lacrimarum ⁊ potum da nobis in lacrimis in mensura. ac si dicant. Tantam sufficientiã equipollentem lacrimaz des nobis ut sufficiãt ad delendũ pfecte peccatũ. q̃tum ad culpã ⁊ quantum ad penam. ut purgari ⁊ mũdari post hãc peregrinationem sine impedimento ad te

peruenire valeamus Talis vero aīma exuta a corpe non hīs impedimentū culpe vel pene tpalis debite statim evolat ad gloriā. Hoc etiā ptz rōne. qz talis anima p grām quā hz digna est glorie. z non hz impedimentū ppie pso ne vel totius nature. qz illō impedimētum per xpi mortez fuit ablatum. qz p mortē suam amouit impedimentū nature. z ascendens ad celos misit donū gratie que ambo erant necāria ad pfecutōem glorie. R Sed z hoc non tandū q peccatū venīale minuit feruorem caritatis in hoīes z potentias aīe in operib bonis lassat z retardat post hanc vitam a gloria qui homo deberet z posset statim post mortē evolare cogitur ppter pctā venialia ad tpus in purgatorio expectare. Nunq̄ enim ab aliquo facies dei videbit donec soluat per penas minimū quadrantē venialiū peccatoz. Oportet em̄ quēlibet ita mūdū esse in introitu padisi sicut fuerat in innocētia baptismali. Unde est necē q̄ diu sumus in corpe vt sm dictū apostoli mundemus nos ab oī inquinamento carnis z spūs pficientes sanctificationem in timore dei. vt purgati z mūdati ac virtutib decēter adornati post hanc vitā sine lesione ac molestia possimus cū pace videre faciē dei De hoc bea. aug. sic dr. Qui tpalib bonis digna gesserunt per fluuiū ignis nō transibunt. q̄nta fuerit peccati materia tāta z ptranseunti mora. quantū stulta iniquitas gessit. tantū sapiēs pena discutiet. que oīa ab aīma separi p elemosinas z lacrimas ꝓpendiosa transactōe potuissent Conuertamus g̃ nos ad meliora dū in nostra ptāte sunt remedia. hic extinguamus mortē moriendo peccatis. hic iam vitā vite meritis ꝓparemus. hec aug. R Terciovidendū est de celesti patria ad quā sanctoz aīe que sine impedimēto sunt statim post q̄ soluunt a corpe pueniunt z scōz angelōz cetib siue ꝓcessio iungunt De hoc beatus greg. ix. mora. sup illo vbo Qui fac interiora austri. sic ait Quid nāq̄ austri noīe nisi feruor sancti spiritus designat. quo dū repletus quisq̄ fuerit ad amorē patrie spiritalis ignescit. Interiora g̃ austri sunt occulti illi angelorū ordines. z secretissime pīe celestis quos implet calor spūssancti. Illuc quippe scōz aīe z nūc corporib exute z postea corporib restitute pueniunt. z q̄si astra in abditis occultant hec gre. Et rich. de scō victo. de hoc sic ait. Aīa iusti de ergastulo z vinculo carnis egredies liberata de seculi tēptatōnib transibit ad gloriā filioz dei. Felix ille transitus quo iustus post actōez bonā stolā primā z euadens miseriaz intrat gloriā z post laborē inuenit req̄em. Beati nāq̄ mortui qui in dño moriunt. Ammodo iā dr spūs. i. deus vt requiescant a laboribz suis Agent em̄ ibi diem solemnē cum angelis coram altissimo dño. ibi gaudentes cum bonis spiritib in gaudio solemnitatis illius glorificatōem suoz corpoz ibi habitantes in excelso vident regez in decore suo. hec rich. Nam anime sancte in illa eterna beatitudine fruunt dei visione quia vident deum per essentiam Unde dominus in cruce dixit latroni. hodie mecum eris in padiso. Ubi padisi nomine notat dei fruitio. qz per acta passione. tam ipē latro q̄ alīq̄ qui in limbo fuerunt per essentiam videt deum. Et ideo ꝓsequenter omnes aīme innocentes z beate. nec habentes aliquod impedimentum postq̄ a carne solute fuerint ad celestē patriam p ducunt z fruunt dei visione Unde beatus grego. in mora. sic dicit. Omnis cuiusq̄ sancti aīa corruptione carnis

exuta ad deuz mox ducit. qui p nobis in morte sua spōte vel satisfecit cecidit ⁊ de morte resurrexit. Hñ nos qui redēptoris gra redempti sumus hoc iā celestis muneris hēmus. vt cū carnis nre habitatiōe subtrahim̄. mox ad elestia ꝓmia ducam̄. hec greg. ¶ Premiū vo celestis patrie qd aliud est q̄ visio sancte trinitatis ac fruitio dilectōis illius. qua fruunt oēs aie sancte in illa felici requie ꝓstitute ad quā iocūdissimā requiē aie innocentes aut p ꝑnaz satis purgate a dño post istā pegrinatiōnē suscipiunt. De hoc p beatuz aug. sic dr. Aie sancte que in hoc seculo aut p vite innocentiaz pure sunt aut p̄ne purgāt satisfactione a nostro saluatore suscipiunt. ⁊ cū eo credēde sunt eē sm dictū apli. Cupio dissolui ⁊ eē cū xpo. hec aug. Beatus etiā gre. in libro dyalogoz sic dr. Luce clarius ꝓstat q̄ pfectoz aie mox cū huius carnis claustra exeūt in celestib9 sedib9 rapiunt. Quod ipa per se veritas testat dicens Ubicūq; fuerit corpus illuc congregabunt ⁊ aquile quia vbi ipe redemptor noster ē corpe illuc p̄culdubio colligūtur ⁊ aie iustoz. Et paulus dissolui cupiebat ⁊ esse cū xpo. Qui q̄ xp̄m in celo esse nō dubitat nec pauli aiam in celo esse negat. Qui ⁊ de solutiōe sui corporis atq; habitatione patrie celestis dixit. Scimus q̄m si terrestis domus nīa h? habitatōis dissoluit. q̄ edificationē habemus a deo domū nō manufactam sed eternā in celo Sed si nūc in celo sunt aie iustoz quid ē q̄ in die iudicij p sue iusticie retributione recipiant. Hoc eis mīmiz crescit in iudicio qđ nūc aiaz sola postmodū vo corpū beatitudine pfruant. vt in ipa quo q; carne gaudeant. in qua dolores p̄ dño cruciatusq; pulerūt. hec gregozi. Ubi tñ notandū q̄ aie sanctoz'añ resumptionē corpoz q̄uis sint in eterna felicitate ⁊ in visione dei tñ adhuc cogitant de resurrectione ꝑpr̄ corpis ⁊ ideo ꝑpter tale desideriū qđ ad corpus hñt eoz beatitudo nō est ita pfecte plena sicut erit post resurrectionē corpis ¶ De hoc beatus bern̄. sic dr. Aie a carne exute iam pane doloris nō cibantur sed vinū amoris post cibū plenius haurire p̄mittunt. Non tñ purū sed cū lacte mixtū vt queliber illaz̄ dicere possit illud can̄. v. Bibi vinū cū lacte meo. vnio eñ diuinī amoris miscent etiam tunc dulcedinē lactis. i. naturalis affectionis. qua resumere corpus suuz glorificatū desiderāt Estuat ergo aīa tūc vino sancte caritatis rotata fz plane non ad ebrietatem celicā quin ꝑ interim ardoze diuine caritatis p̄mixtō humanī lactis. i. naturalis affectionis. Ebrietas veniq; corpalis solet euertere mentes atq; oīno immemores reddere sui sed nō ex toto obliti sui. que adhuc de ꝑpio corpore cogitat suscitando. ꝑpter qđ desideriū aīa pfecte btā eē non p̄t sic p? resurrectionem corpis cū ꝓsummabit. hec bern̄. Nam aīa ꝑpter talem affectionē quaz gerit ad corpus retardat quodāmodo ne tota intentione pergat in illud summuz bonū qđ est deus nec tñ ꝑpter hoc desinit esse beata q̄uis non ꝓsummate nec etiā aliquē dolorē sentit ex hm̄oi desiderio naturali. Hoc affirmat beatus augu. sup̄ gen̄. dicens. Anime inest quidā naturalis appetitus corpus ministrādi quo appetitu retardat quodammō. ne tota intentione pergat in illd̄ summū celū al's bonuz. q̄diu non subest corpus. cuius administratione appetitus ille ꝓquiescat. non obstante tñ illo desiderio aīa in patria est beata licet non ꝓsummate ⁊ tamē nullum dolorem sentit ex illo naturali appetitu.

Hec augustinus.

Filius

Desidero etiam vltimo scire de resurrectione mortuoꝝ de finali iudicio ac gloria eterna quã possidebũt electi in illa celesti patria.

Ca. .XV. Pater

Scire debes de resurrectione mortuorũ ꝙ sicut deus est potentissimus in collatiõe grãꝝ. ita est & iustissimus in retributione stipendioꝝ. Quia igit meruit homo vel demeruit vt in aĩa simul & in corpe puniat. vel inuitroq; ꝑmiũ a dño ꝓsequat ideo in eisdem oz ipm resurgere Ad vocẽ aũt tube resurgent mortui sicut dr apls. Duplicitet vo intelligit illa vox. ꝑm quosdã em illa vox tube est imperiũ xpi resurgere impantis Secm alios vox tube est manifesta xpi apparitio. Vñ dr beatus greg. Tubam sonare non est aliud q̃ mũdo iudicem filiũ dei demõstrare. De resurrectione aũt corpoꝝ hoc tenẽdum est ꝙ oim corpora resurgent in resurrectione generali nulla in eis exĩte differẽtia q̃tum ad ordinem tpis. sed magna q̃tum ad ordinem dignitatũ. Nam mali resurgent cuz eoꝝ defoꝛmitatibꝫ penalitatibus. miseriꝭ & defectibus quos habuerũt in statu vie. qz malis resurrectio nõ est ad vitã sz ad supplitiũ ideo necesse est ꝙ ipi cũ suis infirmitatibꝫ deformitatibꝫ & defectibꝫ suscitent. Boni vero suscitabunt in optimis ꝓditionibꝫ & per hoc necesse est ꝙ in eis vitia detrahant & natura seruet Dẽs vero tã boni q̃ mali resurgent integri corpore debita statura ꝑm etatem plenitudinis xpi. Resurrectio igitur erta corriget in natura. s. defectũ sicut in pueris & in mutilatis. supfluum .s. vngũm & crinuz & hmõi. Errorem sicut monstruositatem membroꝝ. Resurgent quoq; corpa eadez in numero q̃ prius erant ex eodẽ puluere ad quẽ redacta fuerant. ita ꝙ in quascũq; auras vel finus terre puluis ille dispsus fuerit ad eandem aĩam redeat quẽ ipsum primitus dum creseret & viueret aĩauit. Non solum aũt resurgent corpora quantũ ad membra principalia. sed etiã saluis capillis & ceteris membris que sunt ad decorẽ. Notandum etiã ꝙ duplex est mors. vicz aĩe per culpam. & corpoꝛis per penã. Dis tñdet duplex resurrectio. aĩe. s. ꝑ gratiam. & corpoꝛis per gloriã. Et sicut in primis parentibus mors culpe intulit mortem pene. ita resurrectio anime ꝑ grãm causabit resurrectõem corpoꝛis per gloriã. Deinde ꝓsiderandũ ꝙ statim post resurrectõem erit iudiciuz in quo deus pater per dñm nostꝝ ihesum xpm iudicabit viuos & mortuos. bonos & malos. reddẽdo vnicuiq; ꝑm exigentiã meritoꝝ. In hoc aũt iudicõ fiet aperitio libroꝝ. scz ꝓscìarum. quibꝫ merita & demerita vniuersoꝝ fibꝫpsis & ceteris innotescũt. faciente hoc virtute illius libri vite. s. incarnati qui in forma deitatis non videt nisi a bonis. In forma vero humanitatis in q̃ & sententiã ꝑmulgabit videbit tam a bonis q̃ a malis. licet terribilis in eadẽ forma appareat reprobis & blãdus iustis Sed quis existimare põt q̃ horribile erit peccatoribꝫ illud vltimũ iudiciuz ex omni parte. qz supra erit iudex iratus. subtus infernus patens. intus cõscia remordens. extra totus mundus ardens. a dextris peccata accusantia. a sinistris infinita demonia ad supplicium trahẽtia. miser peccatoꝛ tot malis inuolutus quid facier. latere erit ipossibile. apparere intolerabile Totus eriam mundus tunc accusabit peccatorẽ

